



FICINI MERCURIUS
ÉCOLE NORMALE





MERCVRII TRISMEGISTI LIBER DE POTESTATE ET SAPIENTIA DEI PER MARSILIVM FICINVM TRADVCTVS: AD COSMVM MEDICEM.

Tu quicunq; es: qui hæc legis: siue grāmaticus: siue orator: seu philosophus: aut theologus: scito. Mercurius Trismegistus sū: quem singulari mea doctrīa & theologica: ægyptii prius & barbari: mox Christiani antiqui theologi: ingenti stupore attoniti admirati sunt. Quare si me emes: & leges: hoc tibi erit cōmodi: quod paruo ære comparatus summa te legētem uoluptate: & utilitate afficiam. Cum mea doctrina cuicunq; aut mediocriter erudito: aut doctissimo placeat. parce oro: si uerū dicere non pudet: nec piget. Lege modo me: & fatebere non mētitum: sed si semel leges: rursum releges: & cæteris consules: ut me emāt: & legant. Bene Vale.



Argumentum Marsilii Ficini florentini in Librũ Mercurii Trismegisti: Ad Cosimum Medicem Patriæ Patrem.

e O tempore: quo Moises natus ē: floruit Athlas astrologus Promethei physici fratˀ. ac maternus auus maioris Mercurii: cuius nepos fuit Mercurius Trismegistus. Hoc autē de illo scribit Augustinus. Quãq̃ Cicero atq; Lactãtiꝰ: Mercurios qnq; p ordinē fuisse uolũt qntũq; fuisse illũ q ab ægyptiis : a græcis aũt Trismegistus appellatus ē. Hũc asserũt occidisse Agrũ: ægyptiis præfuisse: eisq; leges ac litteras tradidisse. Litterarũ uero characteres ĩ aĩaliũ arborũq; figuris instituisse. Hic in tãta hominũ ueneratione fuit: ut in deorũ numerũ relatus sit. Templa illius numinis construcra q̃ plurima. Nomen eius ꝓpriũ: ob reuerentiam quandã pronunciare: uulgo ac temere nõ licebat. Primus anni mensis: apd ægyptios nomine eius cognominatur. oppidũ ab eo conditur: quod etiam nunc græce noĩatur .i. Mercurii ciuitas. Trismegistũ uero inter maximum nuncuparunt: quoniã & philosophus maximus: & sacerdos maximus: & rex maximus extitit. Mos enim erat ægyptius: ut Plato scribit: ex philosophorum numero sacerdotes: ex sacerdotum cœtu regē eligere. Ille igitur quemadmodum acumine atq; doctrina. philosophis omnibus antecesserat: sic sacerdos inde constitutus. sanctimonia uitæ. diuinorumq; cultu. uniuersis sacerdotibus præstitit. ac demum adeptus regiam dignitatem. administratione legum rebusq; gestis superiorum regum gloriam obscurauit. ut merito ter maximus fuerit nuncupatus. Hic inter philosophos primus. a physicis ac mathematicis ad diuinorum contemplationē se contulit. Primus de maiestate dei. dæmonũ ordĩe. animarum mutationibus sapientissime disputauit. Primus igitur theologiæ appellatus est auctor: eum sequutus Orpheus secundas antiquæ theologiæ partes obtinuit Orphei sacri initiatus est Aglaophemus. Aglaophemo successit in theologia Pytagoras quem philolaus sectatus est diui Platonis nostri præceptor. Itaq; una priscæ theologiæ undiq; sibi consona secta ex theologis sex, miro quodam ordine conflata est exordia sumēs a Mer

Orpheus

curio. a diuo Platone penitus absoluta. scripsit autem Mercuri us libros ad diuinarum rerum cognitionē pertinentes quāplu rios. in qbus proh deus īmortalis q̄ archana misteria q̄ stupēda pādūt oracula. nec ut philosophus tātum. sed ut propheta sæ penumero loquitur. canitque futura. Hic ruinam præuidit pri- scæ religionis. hic ortum nouæ fidei. hic adeuntum Christi. hic futurum iudicium: resurrectrionem sæculi. beatorum gloriam supplicia peccatorum Quo factum est. ut Aurelius Augusti- nus dubitauerit. peritia ne syderū. an reuelatione demonum. multa protulerit. Lactantius autem illum inter sibillas. ac pro- phetas connumerare non dubitat. E multis denique Mercurii li bris. duo sunt diuini præcipue. unus de uoluntate diuina. alter de potestate & sapientia dei. Ille Asclepius. hic Pimāder inscri bitur. Illum Apuleius Platonicus latinum fecit. Alter usque ad hæc tempora restitit apud græcos. At nuper ex macedonia in Italiam aduectus. diligentia Leonardi pistoriensis docti: probi- q; monachi. ad nos peruenit. Ego autem cum tuis exortationi bus prouocatus. e græca lingua in latinam conuertere statuisse æquum fore putaui. Cosme fœlix. ut nomini tuo opusculum dedicarem. Nam cuius ipse adiutus opibus: librisque: affatim refertus. studiis græcis incubui. eidem studiorum græcorum me decet offerre primitias. Neque fas erit: opus tā sapiētis phi- losophi: tam pii sacerdotis: tam potentis regis: dicare cuiquam nisi ipse esset: cui dicatur: pietate: sapientia. potentia. reliquis omnibus ante celleret. Est autem: ut ad scripta Marcurii descen damus. huius libri titulus Pimander: quoniam ex quattuor p- sonis. quæ in dialogo disputant primæ Pimandro partes attri buuntur. Edidit uero librum ægyptiis litteris: idemq; græce lin guæ peritus. græcis inde transferendo communicauit ægyptio rum mysteria. Propositum huius operis est de potestate. & sa- pientia dei differere. Cūque sint horum operationes geminæ Quarum prima in ipsa dei natura permanet. Secunda porrigi tur ad extrema. Et illa quidem mūdum primum æternumque concipit. hæc uero mundum secundum. temporalemq; parit. De utrisq; operationibus. deq; mundo utroq; grauissima dispu tat Quid dei potestas: qd sapiētia: quo ordīe intrinsecus cōcipi ant: quo pgressu exterius pareāt. Præterea quæ producta sunt.

quomodo se inuicem habeãt: quo cõueniant: quo ue discrepẽt: quo denique pacto suum respiciant auctorem. Ordo autem uo luminis est: ut in libellos quattuordecim distinguamus. utq̧ pri mæ dialogi partes Pimandro dentur: Secundas teneat Trisme gistus: Tertias Aesculapius: Quartum locũ obtineat Tatius. Intendit ergo Mercurius in diuinis Aesculapium: ac Tatiũ eru dire. Diuina docere nequit: qui nõ didicit. At humano ingenio quæ supra naturam sunt: inuenire nõ possumus. Diuino itaque opus est lumine: ut solis luce solẽ ipsum intueamur. Lumẽ uero diuinæ mentis nunq̃ infunditur animæ: nisi ipsa: ceu luna ad so lem: ad dei mentẽ penitus conuertatur. Non conuertitur ad mẽ tem anima: nisi cum ipsa quoq̧ sit mens. Mens uero non prius sit: q̃ deceptiones sensuũ: & phantasiæ nebulas deposuerit. Hac de causa Mercurius modo sensus & phantasiæ caligines exuit: ĩ aditũ mentis se reuocat. Mox Pimander. i. mens diuina ĩ hunc influit. Vnde ordinem rerum omnium: & in deo existentium: & ex deo manantium: cõtemplatur. Demum quæ diuino sunt numine reuelata: cæteris hominibus explicat. Is igitur ẽ libri ti tulus. id propositũ illius & ordo. Tu uero Cosme fœlix lege fœliciter. ac diu uiue: ut & diu patria uiuat.

¶ Mercurii Trismegisti Liber de Potestate & Sapientia Dei e Graeco in Latinũ traductus a Marsilio Ficino Florentino ad Cosmũ Medicem Patriæ patrem. Pimander Incipit.

Cum de rerum natura cogitarem: ac mentis aciem ad superna erigerẽ: sopitis iam corporis sensibus: quemadmodum accidere solet iis: qui ob saturitatem: uel defatigationẽ somno grauati sunt: subito mihi uisus sum cernere quendã immensa magnitudine corporis: qui me nomine uocans: in hũc modũ clamaret. Quid est o Mercuri: quod & audire: & ĩtueri desideras? Quid est qđ discere: atq3 intelligere cupis? Tum ego quisnam es inq̃? Sum inquit ille Pimander mens diuinæ potentiæ. at tu uide qd uelis: ipse uero tibi ubiq3 adero. Cupio inquam rerũ naturã discere: deumq3 cognoscere. Ad hæc ille. Tua me mẽte complectere: & ego te in cunctis quæ oparis: erudiã. Cũ hæc dixisset: mutauit formam: & uniuersa subito reuelauit. Cernebam enim immensum quoddã spectaculum oĩa uidelicet in lumen conuersa suaue nimiũ atq3 iucundum: quod intuentẽ me mirifice oblectabat. Paulopost umbra quædã horrenda: obliqua reuolutione: subter labebatur: in humidamq3 naturã migrabat: ineffabili tũultu exagitatam. Inde fumus quidã manans ĩ sonitũ erũpebat: ex sonitu uox egrediebatur: quã ego luminis uocem existimabã ex hac luminis uoce: uerbũ factũ prodiit: Verũ hoc naturæ humidæ adstãs eã fouebat. Ex humidæ aũt naturæ uisceribus: sincerus ac leuis ignis ꝓtinus euolans: alta petiit. Aer quoq3 leuis spiritu parens: mediã regionem inter ignem & aquã sortiebat̃. Terra uero & aqua: sic inuicem cõmixtæ iacebant: ut terræ facies aq̃s obruta nusq̃ pateret. Hæc duo deinde cõmota sunt a spiritali uerbo: qđ eis sup̄ferebatur: aures coꝝ circunsonans. Tũc Pimãder ait. Aduertis qd sibi hæc uisio uelit? Cognoscam inq̃. Ait ergo Pimander. Lumẽ illud ego sum mẽs deus tuus: antiquior q̃ natura humida: quæ ex umbra effulsit. Mentis uero germẽ uerbum lucens dei filiũ. Quid ergo inquã? Sic inqt. Cogita: qđ in te uidet & audit uerbum dñi. mẽs autem pater deus Neq3.n. distant adinuicẽ: horum unio uitæ est. TRISM. Gratias habeo tibi Pimander. Verum in primis meditare lumen: atq3 co

gnosce. TRISME. Hec ubi dicta sũt: diu illũ oraui: ut eius ideã ad me cõuerteret. Quod cum ille fecisset: repente ꝓspicio mea ĩ mente lucẽ uiribus innumeris existentẽ: ornatũ sine termino ignem: ui ingenti circũseptũ: & in ipsa stabilitate dominãtem. Hæc ipse percepi ꝑ Pimãdri uerbũ: q me stupore attonitũ sic ite rũ affatus est. Vidisti in mente primã speciẽ infinito ĩperio præ ualẽtẽ: Eiusmodi quædã mihi Pimãder. At ego illi Elemẽta na ture unde manarũt: PIMANDER. Ex uolũtate dei: quæ uer bũ cõplexa pulchrũq̃ ĩtuita mũdũ: ad eius exẽplar reliqua sui ip sius elementis uitab libusq̃ seminibus exorauit. Mẽs autẽ deus utriusq̃ sexus fecũditate plenissimus uita & lux cũ uerbo suo mẽ tẽ alterã opificẽ pꝑit qui qdẽ deus ignis atq̃ spiritus numẽ. Se ptẽ deinceps fabricauit gubernatores: q circulis mũdũ sensibilẽ cõplectũtur: eorũq̃ dispositio fatũ uocatur. Cõnexuit inde dei uerbũ ex elemẽtis dei deorsũ tendẽtibus: purũ naturæ artificium unitũq̃ est opifici menti. Consubstantiale enim erat. Relictaq̃ sunt elemẽta naturæ deorsũ cadẽtia sine ratione: ut sint tãquã so la materies. Mẽs quidẽ opifex una cũ uerbo circulos cõtines: ac celeri rapacitate cõuertẽs: suã ad se machinã flexit: eamq̃ uolui a pricipio ad finẽ absq̃ fine præcepit. Incipit enim illic semꝑ ubi diffinit Horũ ꝓfecto cunctoꝝ circuitus quẽadmodũ ipsa mens uoluit: ex elemẽtis ĩferioribus animalia cõflauit rationis exper tia: neque enĩ præbuit rationẽ aer uolatilia ꝓtulit: aqua uero na tãtia. Distincta quoq̃ inter se sunt aqua & terra: eũ ĩmodũ: qui menti placuerat. Terra postmodũ animãtia: quæ intus habue rat: peperit: quadrupedia uidelicet serpẽtia: fera: agrestia. pari ter atque domestica. At pater omnium ĩtellectus uita & fulgor existens. hominẽ sibi similẽ procreauit. atque ei tanquã filio suo cõgratulatus est. Pulcher. n. erat: patrisq̃ sui ferebat imaginem Deus. n. re uera propria forma nimirũ delectatus. opa eius oĩa usui cõcessit humano. Homo autẽ. cũ cõsiderasset in tẽpore suo rerũ omniũ ꝓcreationẽ. ipse quoq̃ fabricare uoluit. Vnde a cõ tẽplatione patris: ad speram generatiõis delapsus est. Cũq̃ om niũ in se potestatẽ haberet. opificia septem gubernatorũ animad uertit. Hi autẽ humanæ mẽtis meditatione gaudẽtes. singuli eo rũ proprii ordinis participẽ hominẽ reddire. Qui postq̃ didicit horum essentiã. propriãq̃ naturã cõspexit. penetrare atq̃ rescin

4

dere iā exoptabat ambitū circulorū. uimq̄ gubernatoris præsi-
dentis igni cōpræhēdere. Qui ue arbitriū & potestatē omnium
habuerat. in animantia mūdi mortalia & ratione carētia. p har-
moniā emersit: atq̄ exiliit penetrās ac resoluēs potentiā circulo-
rū. Ostēditq̄ naturā: quæ deorsum labit. uelut pulchrā dei for
mā. quā cū natura contueret mira pulchritudine præditā esse:
actionesq̄ omnes septē gubernatorū. atq̄ isuper dei ipsius effi-
giem possideret. illi amore ingēti subrisit. ut pote quæ humanæ
pulchritudinis speciē in aqua specularetur. eiusdēq̄ admiratione
quādā in terra conspiceret. ille præterea cōsecutus similē sibi for
mā in se ipso existentē: uelut in aquā amauit eā: secumq̄ cōgre-
di cōcupiuit. Effectus e uestigio sequutus est: uolūtatē formāq̄
carētē ratione ꝓgenuit. Natura illud ī quod tota ferebatur amo
re cōplexa: illi penitus sese iplicuit: atq̄ cōmiscuit. Quādo cau
sam solus homo ex uniuersis terrenis animātibus duplicis natu
ræ censetur: mortalis quidē ꝓpter corpus. īmortalis autē ꝓpter
hominē ipsum substātialē Immortalis. n. est: cunctorū quæ ar
bitrium obtinet. cætera uero uiuētia quæ mortalia sunt fato sub
iecta patiūt. Nō igit harmonia superior obstitit ꝗ harmoniam
uero lapsus periclitatus seruus effectus est. Hic utriusq̄ sexus fœ
cūditate munitus: ab eo q̄ arborū & riuorū fons est: uigilq̄ fa-
ctus: ab eo qui est uigilans: continetur: atq̄ eius dominatiōi su-
biicitur. TRISME. Post hæc: mens inq̄ meæ rationis: ipse es
Tum Pimander. Idest inquit mysteriū: quod ī hāc usq̄ diem:
genus humanū latuit. Natura quippe homini sese īmiscēs. mira
culū attulit: quod omniū miraculorū uicit admirationē. Nam
cū septē illoꝝ harmonia ipse iam fuisset imbutus ab eo. Quem
tibi: paulo āte narraui: patre uidelicet atq̄ spiritu: natura ipsa nō
restitit. Quinīmo septē ꝓtinus homines pepit. septē guberna-
toꝝ naturas: masculini pariter ac feminini generis compotes at
q̄ sublimes. At hæc ipse sic ītuli. O Pimāder. ardenti desiderio
nup affectus sum: audire præterea reliq̄ cupio Quare: ne hic me
deseras. obsecro. Cæteꝝ ille mihi. PIMAN. Sile. nōdum. n.
primū ſmonem absolui. TRIS. Ecce iā taceo. PIMAN. Ho
rū septē: ut dixi: generatio ī hūc modū effecta ē. Femina enī aer
& aq̄ coeūdi cōpos ex igne maturitatē: ex æthere sumpsit spiritū
cōglutīauitq̄ nā corpora ad hoīs speciē effingēdā. Nō āt ex uita

& luce: ĩ animã mortemq; ꝓcessit. Vita qppe animã largita ẽ: lux deniq; mortẽ. Talia ꝑfecto usq; ad finẽ circuitus pricipiorũ simul & generũ: cũcta mundi sensibus mẽbra manebant. Verũ audi iã reliquũ: quẽ sũmopere cupiebas: sermonẽ. Expleto demũ circuitu: omniũ: uolẽte deo: solutus est nodus. Nã cuncta utriusq; generis: animãtia: una cũ hoĩe: dissoluuntur. Et mascula quidẽ ex parte: feminea q; similiter cõficiebant̃. Extẽplo deus uerbo sãcto clamauit. Pululate: adolescite: propagate uniuersa germina: atq; opera mea. Vos insuper: quibus mẽtis portio cõcessa ẽ: genus recognoscite uestrũ: uestrãq; naturã ĩmortalẽ considerate. Amorẽ corporis: mortis causã: esse scite: rerũ omniũ naturã discite. His dictis prouidẽtia p fatũ harmoniãq; conflauit: mixtiões: generationesq; cõstituit. Vnde cũcta sunt secũdũ genus propriũ ꝓpagata. Demũ q seipsũ cognouit: bonũ: quod ẽ super essentiam: consecutus est. Qui uero corpus amoris errore cõplectebatur: is oberrabat in tenebris mortis: mala sensu ꝑcipiens. Quod tamẽ delinquunt: ignorãtes inquã ut ob eã cãm immortalitate priuentur. PIMAN. Videris o Mercuri nõ satis ĩtelligere: quæ audieris. TRISME. Et si nõdũ ĩtelligere sim ꝓfessus: intelligo tamem: ac memini. PIMAN. Gratulor si q̃ dicta sunt: tenes. TRISME! Rñde mihi q̃so Pimãder: cur digni morte sint hi: q ĩ morte iacẽt: PI. Quia p̃cessit ꝓprio corpi tristis ũbra: ex hac qdẽ natura humida. Ex hac uero corpus ĩmũdo sensibili cõstitit: ex hoc deniq; mors ipsa scaturiit. Nũ hoc tenes Mercuri! Tenes ẽt qua de causa: q seipsũ cognoscit: transit ĩ deum: ut dei uerbũ tradidit. TRISME. Qm̃ ex uita & luce cõstat oĩum pater: ex quo natus ẽ hõ. PIMAN. Recte loqueris. Lux & uita deus est: & pater: ex quo natus est homo. Si igit̃ cõprehẽderis te ipsũ ex uita ac luce cõpositũ: ad uitã rursus luceq; trãscẽdes. Trisme. Hæc ait Pimãder. At ego. Adhuc mihi mẽs dicas oro: quonã pacto ad uitã ascẽdere queã! PI. Deus ipe mẽs iussit ut hõ mẽtis priceps: se ipsũ aĩaduerteret. TRIS Nõ ergo hoĩes singuli mentẽ possidẽt. PI. Recte dicis Mercuri. adsũ.n. ego mens iis: qui bõi: pii: puri: religiosi sctiq; sunt: præsentiaq; mea fert illis opẽ: adeoq; ut statim cũcta dignoscãt: patrẽq; pacatũ & propitiũ hẽant. Itaq; grãs agũt benedicentes pie & hymnis solẽnibus collaudãtes: cõcedũt sane corpus morti suæ sensu

um illecebras fastidiunt. utpote qui cl are diiudicant q̃ letifera sit sensuū lenocinia: quin ēt ipsa mens ianitoris munere fungēs incidētes ī insidias corporis haud quaq̃ pmitto finem consequi suum. aditus. n. per quos turpes blanditiæ manare solent: iugiter intercludo: libidinūq; fomites oēs extinguo. Cōtra ab ignaris: improbris: ignauis. inuidis iniquis: homicidis impiis procul admodum habito. promittens eos dæmōis ultoris arbitrio qui ignis acumen incutiens: sensus affligit: magisq; ad patranda scelera armat hominem: ut turpioris culpæ reus: acriori supplicio sit obnoxius. Eumq; sine ulla intermissione: ad insatiabiles concupiscentias inflammat. Cum eo pugnat in tenebris: peccatum exanimat: & ignis impetum in eius cruciatum mirūinmodum concitat: atq; adauget. TRI. diligenter mihi oīa o mens quemadmodum postulabam: exposuisti. Vlterius autem id responde. quid post accensionem futurum sit? Primum quidem Pimander ait. In corporis materialis resolutione: corpus in alterationem labitur. Species quam ante habuerat. insensibilis delitescit in posterum. Morum ociosus habitus dæmoni concedit atq; dimittitur. Sensus corporei partes animæ facti. suos in fōtes refluunt: aliquando in suos actus iterum surrecturi: irascendi & appetēdi uires in naturam conuertunt ratiōe carentē. Itaq; residuum tum per armoniam recurrit ad supera. Primæ dehinc zonæ crescendi pariter & decrescendi officium reddit. Secūdæ machinatiōem malorum: ociosumq; dolum. Tertiæ ociosam concupiscentiæ deceptionem. Quartæ imperiosam atq; inexplebilem ambitionem. Quintæ prophanam arrogantiam: & audatiæ temeritatem. Sextæ occasiones diuitiarū prauas. Itēq; ociosas. Septimæ zonæ mendacium insitum. Tunc sane animus harmoniæ motiones exutus: ad optatam naturam reuertitur: uim propriam habens: unaq; cum hiis: qui illic sunt: patrē laudat. Ipsi quoq; in potestatum se numerum conferūt. effectiq; potestates: deo fruuntur. Atq; idest summum bonum eoꝝ quibus cognoscendi sors competit. Deū. s. fieri. Quid præter hæc ad te pertinet: nisi ut cuncta amplexus: dux fore uelis eorum: qui cura sint tua digni. ut humanum genus tuo munere diuinā salutē cōsequat̄. Talia q̃dā effatus Pimāder. in potestatū diuinaꝝ numerum se reduxit. Ego āt bn̄dicēs ac gratias agēs uni-

uerſorum parẽti: ſurrexi iam corroboratus ab illo: totiuſq; edo
ctus naturæ ordinẽ. Spectaculum & clariſſimum cõtẽplatus:
hinc ipſe cepi hominibus pietatis & ſcientiæ decorẽ enunciare.
O populi uiri terrigenæ: qui uos ipſos ebrietati: ſomno: & igno
rantiæ dediſtis: ſobrii uiuitem. Abſtinete a uentris luxu uos: q
in rationali ſomno demulcti eſtis. Illi aũt exaudientes: mecum
unanimes conuenere: Tunc rurſus adieci. Curo uiri terrigenæ
præcipites ĩ mortẽ ruitis. cũ uobis haud quaq̃ deſit ĩmortalitatis
conſequende facultas: reuocate iam uoſmet: qui laboratis ino-
pia: ignorantiæ tenebris inuoluti. Diſcedite ab obſcuro luĩe: aſci
ſcite ĩmortalitatẽ: corruptionẽ fugite. eorũ uero partim deriden
tes abſedebãt ĩ mortis iter ꝑcipitati. partim aũt ad pedes meos
proſtrati: ut eos inſtruere præcabantur. Subleuans igit̃ eos: dux
humãi factus ſum generis. oſtendebã quippe illis quæ ratio eſ-
ſet conſequendæ ſalutis. Sapientiæq; ſermones illorũ auribus
inſondebã. Quo factũ eſt: ut illi ex imbriũ procellis emerſerĩt
tandẽ aduentante ueſpere: ſoliſq; radiis occidentibus. ut deo gra
tias agerent præcipiebã. Poſtq̃ uero gratias egerãt. quiſq; in ꝓ-
priũ ſe cubile cõdebat. Ego aũt Pimandri beneficiũ inſcripſi pe
netralibus aĩmi. atq; adeptus q̃ petierã oĩa. in gaudio requieui.
Corporis. n. ſonus cũ ſobrietas extiterat. oculorũ cõpreſſione
uerus intuitus. ſilentiũ meũ bonitatis fœcunda ꝓgnatio. ſermo
nis ꝓlatio bonorũ oĩum genitura. Hæc mihi cõtigerũt ex mẽte
haurienti. i. ex Pimãdro diuine potẽtiæ uerbo. Vñ ipſe diuino
afflatus ſpiritu. ueritatis cõpos effectus ſum. quãobrẽ oĩbus ani
mi uiribus. patri deo g̃ras ago. Sãctus deus pater oĩum. Sãctus
deus cuius uolũtas a propriis poteſtatibus adimpletur. Sãctus
deus q ſuis familiaribus ĩnoteſcit. Sãctus es. q uerbo cũcta cõſti
tuiſti. Sãctus es. cuius imago eſt oĩs natura. Sãctus es quẽ nũq̃
natura creauit. Sãctus es oĩ ꝑtãte ualidior. Sãctus es oĩ excellẽtia
maior. Sãctus es oĩ laude melior. Excipe uerboꝝ ſacrificia ſan-
cta ab aĩo & corde debito tibi manãtia. Ineffabilis ſolo ſilẽtio ꝑ-
dicãdus ab eo: q fallacias ueræ cognitiõi cõtrarias decliauit. An
nue: corrobora me: atq; huius g̃ræ ꝑticipes effice eos: q ĩ ignorã
tia uerſant̃. cognitiõe quidẽ mihi fratres: tibi aũt filii. Eteñ fidẽ
tibi ꝑſto. teſtimõiũ de te perhibeo. In uitã ac lumẽ aſſurgo. Ipſe
pater es uenerãdus. hõ ãt tuus. ſanctitate una tecũ potiri deſide
rat. cũ ꝑtãtẽ illi oĩum arbitriũq; conceſſeris.

MERCVRII AD AESCV. SERMO VNIVERSALIS.

DEus atq; ipsa diuinitas dico nũc ñ ꝙ genitũ uidelicet q̃ꝫ ingenitũ. Si ergo diuinũ sit: essentia est. sin deus ẽt sup essẽtiã. Intelligibile ãt id hoc pacto. ĩtelligibilis. n. deus ꝑmo nõ sibi: sed nobis extitit. Intelligibile q̃ppe ĩtelligẽti p sensum subincidit. Deus itaq; minime sibi ĩtelligibilis. Nõ. n. aliud q̃ddã existẽs: ꝑter id quod ĩtelligit intelligit̃ a se ipso. Est tñ differẽs quiddã a nobis: iccirco a nobis intelligit̃. Quod si intelligibilis logos: ñ deus: Sin ut deus haud sane: ut logos uerbũ tanquã discretus dicat̃. Omne aũt quod mouet̃: nõ in moto: sed ĩ quodã stabili mouet̃. Ipsum quoq; quod mouet ẽt ꝑmanet. impossibile. n. est cũ eo simul agitari. AESCVLA. Quonã igit̃ pacto Trismegiste: ea quæ in mũdo sunt: mutant̃ una cũ iis: q̃ mouent. Nã speras erraticas. ab a plane spera moueri dicebas. TRIS. Iste nõ motus o æsculapi: sed resistẽtia est. Nõ eni eodẽ sed mõ cõtrario gradiunt̃. Oppositio uero reuerberationẽ motionis stabilẽ cõtinet. Repercussio. n. stationis: agitatio est. Iõque erraticæ spere contrario: ac aplane subalternæ inuicẽ discurrendo: obuiatione cõtraria circa oppositionẽ huiusmodi: ab ea quæ præstat: agitãtur. Quod quidẽ aliter habere se nequit. Nã arctos ipsas: quas nosti: nec exoriri unquã: nec mergi circa idẽ perpetuo recurrentes: non moueri censes: an consistere potius. ES. Moueri o trismegiste. TRISME. Quonã motu æsculapi. ESC. Motione circa idẽ sempiterne currẽte. TRISME. At uero circulatio illa idẽ. & circa idẽ motus statione contentus. Ipsũ nãq; circa idẽ prohibet. quod super ipsum est. Impeditũ autẽ id quod super istum est circa idẽ instat. Atq; ita contraria agitatio firma est. ab ipsa oppositiõe perpetuo stabilita. Exẽpla tibi ante oculos ponã. ĩ terris uiuentiũ ueluti. dũ homo q̃s natat. currẽte nimirũ aq. manuũ simul & pedũ repcussio stare hoiem efficit. ne cũ aq̃ pariter collabat̃. aut mergat̃ ĩ eã. ESCV. Perspicuũ o trismegiste exẽplũ ĩ mediũ attulisti. TRIS. Quodcũque ergo mouet̃ ĩ statu. a statu mouet̃. Motus itaq; aĩalis oĩs. q̃d ex mã cõstat: neq̃quã fit ab is q̃ sũt extra mũdũ. cæteꝝ ab ĩternis ad externa. seu ab aĩa siue a spiritu. siue ab animo quodã ĩcorporali. corpus enim corpus animatum minime mouet si neq; totum simul corpus. & si inanimatum existat. AESCVLA. Qua

ratione id asseris o trismegiste. TRIS. Ligna & lapides: & cætera omnia. quæcũque animã habẽt: nõ mouẽt a corporibus æsculapi. Quod enim ĩtra corpus moues ipsũ inanimatũ: non utiq; corpus illud est. quo mouent utraq;. Et corpus eius quod fert. eiusq; quod fertur. Non illud quoq;. quod dictum est. animatũ est ob eã potissimum rationẽ quod mouet. Nõne ergo pspicis animam tunc onerari maxime: quando sola duo corpora sustinet? Quinetiã manifestũ est quicquid mouet: in aliquo et ab aliquo stante moueri. ESCVLA. In illo utiq; mutari oportet: quæ mutãt o Trismegiste. TRIS. Recte dicis o æsculapi. Nihil ẽ ĩ rerũ ordine uacuũ. Solũ uero quod nõ est qd priuatur existentia: uacuum nuncupandũ. Nihil enĩ reperiri potest. qd cũ existat uacuũ sit. ESCV. Nonne reperiũtur quædã uacua trismegiste? ueluti doliũ uacuũ: uacuus puteus & similia quoq; qplurima. TRIS. Heu qprocul a ueritate uagaris o æsculapi. quæ ãpla. & maxime oĩum plena sunt. ea tu uacua putas. ESCVLA Quomodo id o trismegiste? TRIS. Aer pfecto corpus est. id corpus reliqua penetrat. discurrensq; replet omnia. Corpus enĩ huiusmodi est. ex corporalibus nõ cõpositũ. Quo fit. ut quæcũ q; tu uacua nũcupas: plena sint aeris. Itaq; cõcaua potius ista q uacua nominari debẽt. Nã & existũt. ac aeris. spiritusq; sunt plena. ESCVLa]. Inuicta atq; ĩdubia hæc ẽ ratio trismegiste. Aer corpus est. id corpus in reliqua permanat. atq; influẽs cõplet omnia. Locũ in quo õne mouetur. qd esse dicemus? TRIS. ĩcorporeũ o æsculapi. ESCVLA. Incorporeũ uero qd ẽ? TRIS. Mẽs ac ratio se se complectens: libera ab omni corporis mole. ab errore aliena. ĩpassibilis. ĩtangibilis. ipsa sibi assistẽs purgans atq; seruans omnia. Cuius radĩ sunt bonum ueritas. principale lumẽ primaq; animarũ forma. AES. Deus quid est? TRIS. Quod nullum ex iis est. horũ tamẽ oĩum ut sint: causa. præsens quidẽ cunctis præsens ẽt unicuiq;. neq; quicquã permittit non esse. Omnia ex iis quæ sunt: procreãt. De nihilo autẽ nihil prouenit Nam quæ minime sunt: naturã nullã habent: qua fieri ualeãt. cõtra. ea quæ sunt: naturam nõ habent: p quam aliquãdo non existãt. ES. Quid igitur ais de non esse aliquãdo? TRIS. Deus profecto mens non est. at uero ut sis mens: causa est: nec spiritus. sed causa: qua spiritus extat. nec lumẽ sed causa: qua lumen

existit. Vnde deum colere oportet duobus iis cognomētis: quæ soli competunt illi. Cæterorum̄ uero nulli penitus congruunt. Et n. ex iis: q præter ipsum appellātur dii: seu dæmones. siue homines: nullus esse tā bonus potest: quam deus unicus. Is enim ipsum bonum est: nec aliud qcquā præter bonū. Reliqua omnia ab ipsa boni natura secreta sunt. Corpus quidē & anima locum habent nullū. quo bonū capiāt. Tam ampla enim est bonitas: quā existētia rerū omniū: tum corporaliū tum ēt incorporaliū sensibiliumq̄: & intelligibiliū: id bonū est: is est deus. Caue itaq̄ ne quādo dixeris aliud qcquā bonū: pphanus enim hic foret error. Neq̄ & dixeris deū aliud quiddā: præter solū bonū. In eādē quippe impietatē incideres. Sermone igitur ab omnibus bonū pnunciatur. Quid tamen sit: ab omnibus non iutelligitur: iccirco deus non cognoscitur ab omnibus. Verū pp ignorantiā tum deos: tum & nōnullos homines bonos nominant. Nunq̄ tamē esse boni possunt nec etiam fieri. Reliq igitur dii cuncti imortales honorati noīe dei. Deus āt bonum nō secūdū honorationē: sed ipsa sui natura. Vna enim dei natura est: ipsum scilicet bonū. Vnum qdē est ī utrisq̄ nominibus: unde cūcta genera profluunt. Bonus enim porrigit uniuersa: nec accipit qcquam Deus exhibet omnia: capit nihil. Igitur deus bonum ac bonum deus. Altera dei appellatio pater est: ob eam causam. quia omnia gignit. Patris enim officiū est generare. Qua propter p̄stās id inuita censetur studium: atq̄ ipsum apud sapientes: pcreatio liberorum. Extrema uero omniū calamitas & impietas accidit illi: q absq̄ filiis e uita dcedit. Qua de cā. dmonibus dat pœnas post obitū. Suppliciū deniq̄ huiuscemodi est: ut sterilis anima ī corpus quoddā p iudiciū migret: Cui nec maris nec feminæ nā īsit. Qđ qdē a sole eleuatū est: atq̄ conuexum. Igitur o æsculapi cum homine: q nullos genuit filios: nullū hēto cōmerciū. Infelicitatis tamē eius miserere: cū noueris quæ hūc mulcta post interitum maneat. Tot igitur tibi & talia dicta sit o. æsculapi: ex quibus p̄cognitio qdā oīum naturæ colligitur.

¶MERCVRII SERMO SACER.

GLoria oīum deus: diuinum: diuina natura: principiū uniuersorum: deus: mēs: nā: actus: necessitas: finis: & renouatio. Erat enī umbra infinita in abysso. aqua im

super & spiritus tenuis intellectualis: per diuinã potẽtiã in chaos inerãt. Floruit autẽ splẽdor sanctus: qui sub harena & humida natura elemẽta deduxit. Diiq; omnes seminalẽ naturã dilige-bãt. Cumq; indistĩcta fuissent: leuia postmodũ in excelsam regi onẽ prouolarunt. grauia sub harena humida residerũt: Distin-ctis libratisq; rebus. igneo spiritu uehebãtur. Emicuit cœlũ septẽ ĩ circulos. Dii in astrorũ ideis: cũ signis eorũ cõspiciebãtur. Di-numeratæ sunt stellæ: secũdũ eos. qui ĩhabitãt illas deos: ambi tus amplior cursu suo: aereo circulo: cõspirãter diuino spiritu ue ctus. Quisque deorũ ex interna uirtute ascriptũ sibi opus exple uit. Nata sunt ergo uiuentia: quadrupedia. reptilia. aquatica si-mul. atque uolantia. Satio item omnis p semina pululans gra-mẽ. herba. atque germina florũ. sementẽ quoque regeneratio-nis ĩtrinsecus cõprehẽdebãt: Generationẽ hominũ ad diuinorũ operum cognitionẽ. testimoniũq; naturæ. ad imperãdũ oĩbus quæ celo teguntur. ad bonorũ discretionẽ. ad incremẽtũ generis numeriq; propaginẽ. Omnisq; aĩa uelata carnis umbraculo. ad cœlestiũ deorũ discursum suspiciendum ad opera dei. & naturæ progressus. ad bonorum signa ad potestatis diuinæ cognitionẽ Portio quædam turbida est ad bonorum malorumq; iudicium ac bonorũ uarium artificium ĩueniẽdum. Incipit tamẽ in illis ui uere. sapiẽtiãq; nãcisci. ad portionẽ cõtinue cursus deorũ circũeũ tiũ. resolui præterea in id. in quo ampla extabunt monumẽta. admonitiõesq; artificiorũ sup terram electis in nomine tẽporũ herbæ generatiõeq; carnis animatæ. Tabefactus semẽtibus fru ctuũ opificiisq; naturæ & artis reiuuenescẽt. Deniq; uesci necessi tate. & renouatione deorũ cursuq; circuli numerosæ naturæ. Di uinũ at ipsa scilicet omnis cõspiratio mũdi. natura denuo flore-scente: etenim in ipsa diuinate natura etiam constitit.

MERCVRII AD TATIVM CRATER SIVE MONAS.

Vniuersum mũdũ uerbo nõ mãibus fabricatus ẽ opifex Ipse uero sic cogita illũ psentẽ semp agẽtẽ oĩa: deũ uni cũ uolũtate sua cũcta cõstituẽtẽ. Id. n. eius corpus est. nõ tangibile: nõ uisibile. nõ dimẽsum. nõ distans neq; alterius cuiusq; simile. Nã nec ignis nec aqua nec aer nec & spiritus. Verũ

ab eo hæc pendēt oīa bonū uero ita est: ut sibi soli id competat Terrā quoq̧ ornatu quodā diuini opis exornare uoluit. Dimisit itaq̧ hominē mortalis animātis. mortale animal. & mūdus q̄-dē refertus aīalibus uiuētis mūdi p ītellectū atque rōnē Hō enim effectus est diuini opis contēplator. Q̄d' ꝑfecto dū admiraret̄. auctorē eius agnouit. Sermonē q̄dēo Tati singulis hominibus deus īpertit. mētē uero nequaquā. non q̄d' īuiderit. q̄bus ne uti q̧ īuidet. Liuor quippe ab eo non ꝑuenit. sed illa quæ habitat cū animis hominū mēte carētibus. TAT. Cur o pr̄ nō oībus deus mētē communicauit? TRIS. Quoniā uoluit eā o fili. in medio tanquā certamē. premiūq̧ animaꝝ ꝓponere. TAT. Vbinam hāc locauit? TRIS. Cum craterē patulū hac īplesset. præconē misit. iubens talia quædā animis hominū nunciare. Mergat se-ipsam ī hāc paterā. quæcūq̧ potest: quæ uidelicet credit craterē animā ad eū. qui demiserat. redditurū. Quæue finē noscit. cu-ius gratia nata fuerit. Quicūq̧ igitur præconum exaudierunt. seq̧ miserunt in mētē. ii cognitionis pricipes effecti sunt. mētēq̧ suspiciētes. ī homines perfectos euasere. At qui præconiū negle xerunt. hi sermonis q̄dem participes. mentis autē expertes. reli-cti sunt ignorantes: & cuius gratia. & a quo geniti fuerint. Hoꝝ præterea. sensus irrationalis animantis sensuum similes: iraq̧ & cupidine impliciti. ea quæ sunt digna conspectu: nequaquam admirantur. Nam libidinibus corporis mancipati: horum cau-sa natum hominem arbitrantur. Quicunq̧ uero dei materia fulti sunt: ii o Tati secundum operum comparationē: pro mor-talibus immortales habentur. intelligentia sua cuncta comple-xi quæ in terra sunt: & quæ in mari: & si quid est præter ea supra cœlum. Atq̧ adeo seipsos erigunt: ut ipsum quoque bonum in-tueātur. Quod sane cum perspiciunt eam: qua hic uescimur ui-tam: miseriam quandam arbitrantur. Despicientes utiq̧ tum ēt corporea oīa ad unū solū ferunt̄. Hic o Tati scientiā mētitus est diuinoꝝ: si contēplatio ē intelligētia dei. diuino existēte cratere TAT. Equidē o pater huius crateris latice ablui cupio. TRIS. Nisi o fili tuū corpus oderis. teipsū amare nō poteris. Quā pri-mum uero nō te: sed deū ipsū dilexeris. mentem protinus con-sequeris. hanc deniq̧ nactus scientiam: ea uestigio nancisce-ris. TATIVS. Quonam pacto asseris hæc o pater. TRIS.

Impossibile est o fili: utrisque simul intendere: mortalibus uide licet: atq; diuinis. nam cum duo tantũ in ordine rerum inueniã tur: corporeum: & incorporeũ: & illud quidẽ mortale: hoc diui num dicatur electione unius amittimus alterum. Quotiensque unius cura remittitur: alterius actus intenditur. Potioris itaque optio: eligenti decora nõmodo hominẽ: qui elegit: deum red- dit. uerum pietatẽ erga deum cæteris quoq; demonstrat. Dete- rioris autẽ electio: hominẽ quidem ipsum perdit. aduersus autẽ deum nihil præter id unũ delinqt. s. q̃ queadmodũ põpæ p me dia transeunt: ipse quidẽ nullius actiõis cõpotes: cæteros autem impedientes. Haud secus isti põpaꝝ instar uagãtur: atq; ober rant propter corporis uoluptates. Cum hæc igit̃ ita se habeant o Tati: diuina officia præcedere: humana sequi debẽt. Deus p- fecto extra culpã. malorũ a nobis causa uenit. nã mala bonis an tepõimus. Cernis o fili q̃ corpora celestia trãscendere nos opus est. quodq; choris dæmonum abesse ambitũq; astrorũ eorũq; progressus superare: ut ad unum solumq; deum tendamus. In- superabile. n. bonum est: sine termino infinitũ. quo ad se nunq̃ incipiens. quo ad humanã cognitionẽ. principiũ habens. Eius- modi tamen cognitio non eius initium est. sed nobis ipsius co- gniti principiũ exhibet. Pricipium itaq; cõplectamur. Hoc. n. cognito: uniuersa celerrime discurremus. Arduum autem est cõ sueta ac præsentia relinquentem. ad superiora se potioraq; con- uertere. illa. n. quæ oculis cernimus: nimium nos delectant. la tentia diffidentiam pariunt. Patentia autem sane mala sunt bo num occultum his. qui manifestis incumbũt. Nec enim forma eius ulla: nec figura. hac de causa sui tantũ simile cæteris. horũ uero dissimile. Etenim corpori. incorporeũ apparere non põt huiusmodi est similis ad dissimile differentia dissimilisque ad id quod simile est. Posteritas. Monas. i. unitas omnium principi- um radix atq; origo. absq; uero principio nihil. Initium autem est non principii. sed alterius. monas ergo principium. omnẽq; numerum continet. A nullo contenta. omnẽq; gignit numerũ nullo numero genita. Quicq̃d utiq; gẽitũ ĩperfectũ diuiduum crescẽs atq; decrescẽs. Ei uero quod pfectũ. horum nihil accidit Id sane quod augescit. uirtute monadis augetur. Euanescit autẽ mbecillitatẽ pro pria: cum ulterius monadem capere nequeat.

Hec tibi o Tati ꝓ uiribus: Imago dei subscripta sint: quā si dilige ter consideraueris: : oculisq̄ internis pronoueris: crede mihi fili ascensum ad excelsa cōperies Quinetiā imago ipsa te perducet: habet enim uim certam uisio eis: qui intuendi desiderio flagrant apprehendit eoq̄ trahit modo: quo lapis. qui magnes dictus est ferrum.

Mercurii Ad tatium Filium suum. Quod deus Latens simul ac patens est.

HVnc præterea sermonē apud te transigā o Tati: ne præ cipuum nomē tibi desit: neue ignores id. quod plurimis occultū uidet̄ esse perspicuum. Nam si nusquā pateat. nihil utiq̄ erit. Quodcūq̄ se offert aspectui: genitū: qđ uero la tet: sempiternū. Neq̄.n.opus est: ut appareat: quādoquidem esse nunquā desinit. Ante oculos quidē id: reliqua ponit: ipsū ue ro secretū manet: utpote quod uita fruitur sēpiterna. Etenī phā tasia solū: circa quæ genita sunt: uersatur. in qua præter genera tionē nihil existit. At unicū id īgenitum. incōprehēsibile phanta siæ. Cum uero per ipsum cūcta clarescāt. per omnia rursus atq̄ ī omnibus fulget. Hisque præsertim apparet. quibus ipse noticiā cōmunicare uoluit. Tu igitur o fili mi Tati in primis piis preci bus obsecra dominū: patrem unicū: unū: & a quo unus: ut sis il lius misericordia dignus. Sic tādem deū tātū ꝑcipere poteris. si uel unus dūtaxat illius radius ītelligentiæ tuæ benigne resulxe rit. Sola siquidē intellectio latens: latentia perspicit. Itaq̄ si mē tis oculis īspexeris o Tati: ille tibi: crede mihi: patebit. Deus sa ne totius expers inuidiæ: per singulas mūdi particulas ubiq̄ splē det: atque adeo se notū præstat: ut nō intelligere modo: sed ma nibus etiā ipsis: ut ita dixerim: liceat attrectare. Nam ūdiq̄ no stris oculis eius obuersat̄: seq̄ obiicit & inculat imago. Quod si īsimū te laudes: quomodo aut teipsum: aut eum īuenies? Deni q̄ cū deū uidere uolueris: suspice siderū ordinē reliquoꝝ. Quis age perpetuū hoꝝ seruat ordinē? Ordo quidē omnis numeri: lo ci limitibus terminat̄ Sol deus deoꝝ cœlestiū præstantissimus Soli cœlites reliqui ueluti principi regiq̄ parēt. Sol tantus: terra simul amplior atq̄ mari: minores tamen supra se stellas innu meras cōuerti patitur. Quem timet is: quē ueret̄ o fili? Diuerso

rum siderum sũt motus. Quis mēsuram singulis motionis assi gnat? TAT. Arcturum circa idem se ppetuo uertens: totamq; trahēs mũdi machinã. TRI. Quis hoc utitr̄ istrumēto? Quis mare suis finibus circũscribit? Quis terræ pondus sistit: ac librat in medio? Est certe aliquis o Tati: hoꝝ auctor: ac dominus. Et enim locũ uel numeꝝ: uel mēsurã seruare absq; auctoris uirtute ĩpossibile est. Ordo fieri ad deformitate nequit. Eget autē defor mitas a domino: qui ordinē præbeat. Vtinã tibi daretr̄ o fili fa cultas: ut alarũ dominiculo in sublimē aeris plagã uolares: me diãq; inter cœlũ ac terrã regionē sortitus: cõspiceres terræ qui dē soliditatē: maris diffusionē: fluxũ fluminũ: aeris ãplitudinē ignis actã cæleritatē. O fœlicissimũ fili spectaculũ: o beatissimã uisionē. Siquidē uno luminũ motu seriem mũdi totius compre henderes: immobileq; factiorē concitũ: latentē quoq; perspicu um cerneres. quod si per ea ẽt: quæ terra substinẽtur fragilia: & aquæ profũditate cõdũtur deũ artificem inuestigare uolueris: age fili: circũspice humani corporis opificiũ: Cuius admonitõe perdisce: quis tam pulcher imaginis cõditor. Quis oculoꝝ pi ctor. qs nares aure sq; tornauit. Quis labia distēdit oris. Quis neruos tetendit atque ligauit. Quis irrigauit uenas. Quis ossa cõgessit solida: quis carnē pellicula tenui circũtexit. Quis digi tos articulosque discreuit. Quis fundamēta pedũ extēdit. Quis perforauit poros: atq; meatus aperuit. Quis splenē coegit: atq; cõpressit. Quis pyramidē impressit cordi figurã. Quis iecoris porro texit fibras. Quis pulmonũ sculpsit fistulas. Quis aluo capacē amplitudinē tradidit. Quis honoranda corporis mem bra ĩpropatulo figurauit. Quis obscena ĩ obscuro prorsus abdi dit: e acq; aspectu cernẽtiũ uoluit secreta iacere. Vide quot diui næ artis opera ĩ una materia demõstrãtr̄. Singulaq; pulchra: re ctéq; dimēsa: necnõ ꝓpriis ĩuicē officiis differẽtia. Quisnã sin gula finxit? q̃lis mater? q̃lis pater: nõne hæc solus ipse ĩuisibilis d̃ us cũcta: propria uolũtate: molitus est: Et cũ statuã & imaginē absq; fabro & pictore fieri nullus asserere audeat: mirã mũdi hu ius cõstitutionē sine cõditore cõstituisse putabimus. O cæcũ ho mũculũ. o nimis ĩpiũ. o ꝓfundis obrutũ ignorãtiæ tenebris. Ca ue caue ĩquã o fili mi Tati ne ũq̃ artificiũ ꝑues artifice Quinimo

cõgruo deũ noĩe præiuocato: patrẽq; eẽ ꝓpriũ eius existimato: qđ si me quiddã audacius ꝓferre coegeris: huius essẽtiã eẽ dicã: cõcipere ac facere singula: quẽadmodũ sine factore fieri qcquã nequit. Ita deum existere semꝑ nisi semꝑ agat omnia: impossibile est. in celo uidelicet aere: terra mari: in toto mũdo: ĩ qualibet particula mũdi: tũ ĩ eo: quod est. tũ ĩ eo qđ nõ extat. Nihil est ĩ omni natura: quod ille ipse nõ sit. est ille siquidẽ: quæ sunt est ea ẽt: quæ minime sunt. Quæ quidẽ sũt: deduxit ĩ lucẽ. quæ nõ sunt: occulit ĩ seipso. Hic deus nomine melior. hic occultus: hic rursus oĩum patentissimus. hic menti cõspicuus: hic p̃sens oculis: hic ĩcorporeus: hic ut ita dixerim multicorporeus: Nã nihil ĩ corporibus est: qđ ipse nõ sit. Omnia enim ipse solus existit. Nomina insuper habet omnia: quoniã unus est pater. Nomen quoq; nullũ habet: quoniã pater est omniũ. Quid ergo te laudabit: supra te: an infra te positũ: Quo uertã oculos: ut te laudẽ supra ne: an ĩfra? intus in extra? Num modus: an locus circa te? nũ aliud quiddã ex omnibus? In te autẽ oĩa: abs te omnia: præbes oĩa. Nihil deniq; suscipis: omnia quidẽ habes. Quid autẽ nõ habes: idipsum nihil. Quãdo uero laudabo te pater? Tempus & momẽtũ tuũ capere nõ ualemus. Qua potissimũ ĩ re laudes cãtabo tuas? Nũ ĩ his: quæ creaueris? an ĩ illis: quæ nõ creaueris potius? Num in his forte: quæ in lucẽ e tenebris eruisti? an in iis: quæ latent adhuc archano sinu recondita? Per quid tandẽ hymnos tuo dicabo: nunquid in laudatiõe tali ego ipse mei iuris existã? an potius alter efficiar? Ipse profecto es: qcqd ego sũ Ipse es: qcquid agam. Ipse es: qcquid deniq; dicã. Ipse enim es omnia: neq; aliud præter te quicquã. Quid sane nõ es ipse? Ipse oẽ quodcũq; genitũ. es quidẽ intelligẽs pater fabricãs deus. efficiens bonũ: bona faciẽs oĩa. Materiæ nãq; purissimus aer. aeris anima animæ mẽs: mẽtis deniq; deus.

QVOD IN SOLO DEO BONVM EST: ALIBI VERO NEQVAQVAM. AD AESCVLAPIVM.

b Bonum o Aesculapi in nullo ponitur nisi in uno deo immo ipsum bonum deus ipse semper. Quamobrẽ essẽtiã ois motiõis: atq; cognitiõis: eẽ deum oportet.

Hac essentia orbatũ nihil: hæc circa se stabilẽ actũ nullius egenum infinitũ. superabundantẽ porrigentẽ possidet. Vnũ id uniuersorũ pricipiũ. bonũ porrigẽs & effũdẽs bonũ quotiẽs nomio bonũ id: qđ oĩa bõa: & qđ bonũ semp intellige: hoc unico deo adest: neq͂. n. cuiusq̃ indignus est: ut adeptionẽ illius appetendo malus fiat. neq͂ iactura cuiusq̃ in eũ cadit unq̃. ut post dãnũ dolore afficiat̃. Maior. n. portici mali. nec est illo ualidius aliud a quo expugnet̃: ĩ hũc ĩiuria ĩcidere nulla põt: q̃ irritatus lacessito ue excandescat. Nihil eius iugũ subterfugit quo cõtemptus ĩdignet̃ atq͂ irascat̃ nec est sapientius eo quicq̃ qđ illi æmulationẽ i cutiat. Itaq͂ cũ hæc illi non accidãt: nihil eius naturæ p̃ter ipm bonũ restitit. Q ueadmodũ uero nihil eorũ: q̃ mala sunt: ĩ hac insunt essentia: ita in nullo alio bonũ inuenit̃. Insingulis enim reliqua insunt singula: tum in paruis: tum in magnis: tũ ẽt ĩ his q̃ secundũ unũ. & in ipso quoq͂ animali maxĩo oĩum atq͂ potẽtissimo: quod utiq͂ passionibus genita replet. Nã generatio passio quædã est. ubi aũt passio: nullo modo bonũ. ubi bonũ non passio ponitur ulla. ubi dies nullo modo nox. ubi nox: neq͂ ẽt dies. Q uapropter ĩ generatione bonũ esse nõ põt. Restat itaq͂ ĩ eo quod ĩgenitũ: ut aũt materiæ concessa est omniũ participatio. sic quoq͂ boni participatione: mundus bonus. bonũ dico: inquantũ ipse etiã oĩa efficit. Q ua quidẽ ex parte bonus est mũdus: in reliquis oĩbus non bonus. Passibilis. n. ac mobilis est: & omniũ præterea causa passionũ. In homine insup comparatione mali: bonũ. Id quippe quod non nimis malũ quoq͂ minus malũ: bonũ in hominibus appellamus. Q uo fit: ut bonum nostrum nihil aliud sit q̃ mali portio minima. Vnde illud & seq̃t̃ ut bonũ huiusmõi: a malo separatũ esse nõ possit. Inquinat̃. n. hoc bonũ. admixtione malorũ. Infectũ uero ulterius bonũ non permanet. Sin minime permanet: malum efficit̃. In solo igit̃ deo bonũ ipsum existit. Q uare solũ boni nomẽ o æsculapi: natura boni nequaquã. Neq͂ enim id capere põt materiale corpus confectũ undiq͂: & oppressum prauitate: laboribus: doloribus: cupiditatibus: iracundia: deceptionibus: stultisq͂ opinionibus: ac nugis. Deterrimũ tñ oĩum id cẽseo æsculapi: quod unũ quodq͂ horũ: q̃ dixerim: summũ credit̃ eẽ bonũ. Fugiendũ ĩ primis malum est: uẽtris luxus: malorum omnium fomes. hinc error

hīc boni priuatio. Equidē īgentes deo gratias habeo qui de natura boni cogitāti: mihi sententiā hanc certam infudit. quod in mundo bonū esse non possit. Siquidem mundus congeries est malorum: Deus autem boni: uel bonum: dei exuberans plenitudo: Supereminentia quippe bonorū circa essentiā sincere fulgentes atq; purissime. Neque forte sunt essentiæ dei. Audiendū sane id assero o æsculapi: essentiam dei: si ullā deus habet essentiam ipsum bonū esse. Pulchrum uero & bonū in mundo: aut in mundi partibus inuenire non licet. Nam quæcunq; sensus mouēt: idola sunt. & uanæ quædam admirationes. Quæ uero sensuū organa subterfugiūt: ad pulchrū bonumq; pertinēt. Vtq; acies oculi: deū nō cernit: sic neq; pulchrū bonūq; cognoscit. Hæ siquidē partes: dei sūt integerrimq; illius ꝓpriæ cognatæ: inseparabiles ꝓcipuæq; dilectæ: ut has ipe deus amat: sic ab his ipse deus amatur. si deū percipere poteris: pulchrum quoq; bonūq; percipies. perfulgens omnibus illustratū a deo. Pulchritudo. n. sine comparatione. Sine mutatione bonum. Deus enī comparationē mutationēq; nullā obmittit. Quemadmodū ergo deum pulchrū bonūq; noueris: ita sane: ex cæteris uiuentibus cū a deo se cerni nequeāt: nunq̄ cōmunicandū. Si deū quæsieris: pulchritudinem ipsam quæres: quæ tandē ad id ferat unica uia est pietas cognitioni coniūcta. Quapropter ignari mortales: & a pietatis semita de uii: hominē quoq; bonū nominare nō uerētur. cum boni notitiā uerā habere nullā possit: sed malis irretitus & illaqueatus sit malūq; bonū esse cēseat: īsanabiliterq; malis utatur: eorumq; iacturā: priuationēq; formidet. Omnibus: deniq; machinamētis uiribusq; cōtendat: ne unico solum malo ꝓmatur: ue℞ & ī numerū mala magnitudinēq; augeantur. Talia sūt o æsculapi decora hominum atq; bona: q̄ nec fugere nec odisse ualemus. oīum/nāque difficillimū id existit. ob eā potissimum causam: quia nos illis uti oportet atq; uesci: iisq; orbati: uitam agere nullo modo possimus.

Quod summū Malū Hominibus ignorare deum:

Quo ruitis mortales: ebrii q̄ merū ignorātiæ cōbibistis. Cum id ferre nequearis: euomite. Viuite sobrii: oculis mentis inspicite. Quod si minus potestis omnes.

saltem qui possunt: id agant: Ignorantiæ pestis omnē terrā sub
uertit. animāq; corrumpit corporis uīclis īclusam. neq; sinit eā
salutis iter asciscere. ne permittite uos in lacū corruptionis mor
tisq; submergi. Respirate iam respirate: ad fontem uitæ recurri-
te. Illumq;: qui uos introducet in aditū ueritatis: capescite. Ibi
fulgidū lumē nullis īmixtū tenebris. Ibi nullus ebrietate delirat
sed oēs sobrii uigilāt: atq; mētis oculis eum: qui uideri uult: acu
tius intuentur. Is nec auribus percipitur: nec cernitur oculis. ne-
q; sermone profertur. Sola mens eum ꝓspicit: sola mēs prædi-
cat. In primis autem oportet uestē: quā circumfers: exuere. In
dumentū inscitiæ: prauitatis fundamētum corruptionis uincu-
lum: uelamen opacū: uiuā mortem: sensitiuū cadauer: sepul-
chrum circūuertile. domesticū deniq; furem. Qui dum blandi
tur: odit: dum odit: inuidet. huiuscemodi est: quo circumtege-
ris umbraculū inimicū. Ad seipsum te deorsum raptat. ne forte
cōspiciens ueritatis decorē: ad proximū bonū huius oderis pra
uitatem: neue huius insidias: quas in te assidue machinatur: ali-
quando ꝓsentias hoc aciem interioꝝ sensuum hebetat: & ob
tūdit. Crassa illam materia suffocat: abhominabili fastidiosaq;
ebriat uoluptate: ne audias unquā: neue ꝓspicias ea quæ iure &
audienda sunt: & inprimis inspicienda.

Nihil eorum Quæ sunt interitus: Sed mutationes: Decepti
Homines interitum nominant. Ad tatium.

DE anima & corpore o fili dicēdum. quonammō īmor-
talis aīa: quātaq; sit agēdi uirtute: in concretione disso-
lutioneq; corporis. Mors ad horū nullū attiet. Thana
tos enim. i. mors cōceptus quidē est mortalis appellationis: uel
uanū quiddā: uel ꝑ ablationē primæ litteræ. thanatos. i. mors.
pro eo quod dicit̃ athanatos. i. īmortalis. Thanatos eni interi
tum significat. At nihil eorū: quæ in mūdo sunt iterit. Si enim
secūdus deus est mūdus: necnō īmortale uiuēs: īpossibile ē im
mortalis animātis partē aliquā interire. Quæcūq; mundo in-
sunt mūdi sunt mēbra. homo præsertim animal rōale. Primus
omniū uere sēpiternus: īmortalis: īgenitus deus omniū auctor
Secūdus deinde ad illius imaginē: mundus ab eo genitus. & ab
eodē seruatus: nutritus: & īmortalitate donatus, uelut a ꝓprio

patre uiuens quidē semp: & īmortalis. etenim semp uiuēs quidē
semp & īmortalis et. n. semp uiuēs: & sempiternū: hoc inuicem
differūt: quia sempiternū quidē ab altero factum nō est. sinaūt:
fiebat a seipso: nō ab aliquo factū fuit: quia fit semp. Sempiter-
num enī quatenus sempiternū est omne: pater autē ille sui ipsi-
us sempiternus. At uero mundus: a patre semper uiuens īmor-
talisq; factus. Quantumq; materiæ fuerat subiectum patri. pa
ter ipse corporeum agens & in molem congregans: id totū spe
ricum reddidit. Imprimens qualitatem materiæ existenti īmor
tali: rationeq; materiæ sempiternum habenti. Plenis autē ideis
omnibus qualitates pater miserens in speram: uelut in gyrum
omni qualitate circumscripsit. Exornare autem uoluit id: quod
post ipsum est. quasi īmortalitate fultiens omne corpus: ne ma
teria ab huius congressu discedere uolens: in suā deformitatē ite
rum resoluatur. Quando. n. incorporea erat materia o fili: de-
formior erat. habet hæc quoq; materia qualitates q̄sdā exiguas
reuoluta crescēdi pariter & decrescendi natura: quā hoīes mor-
tem uocant. Huiuscemodi aūt cōfusio circa terrena uiuētia. Cœ
lestiū qppe corpora unū atq; eundē seruāt ordinē: quē. s. primū
a patre suo sortita sunt. Seruatur aūt ipse a restitutiōe cuiusq; in-
dissolubilis. Restitutio uero cōstitutionis corporū terrenorum:
ipsaq; dissolutio in corpora dissolubilia: & immortalia restituitē
Atq; ita sensus priuatio fit: nō destructio corporum. Tertium
quoq; animal homo ad imaginē mundi genitus secundum pa-
tris uoluntatem sese habens præter cætera terrena uiuentia: nō-
modo cum secundo deo cognationē habet: uerum etiam intel-
ligentiam primi. Secundum plane deum utpote corporalē sen-
sus cōprehendit. Primū uero deū: ut incorporeā: bonāq; men
tem mente consurgit. TATI. Id ergo animal nōne destruitur?
TRIS. Melius melius ominare o fili: ac insuper meditare qd
deus: quid mundus: quid animal immortale: quid animal dis-
solubile. Scito quoq; mundum a deo simul atq; in deo: hominē
uero a mūdo & ī mundo cōsistere principiū āt compræhensioq;
oīum & constitutio deus.

Quod in solo deo pulchrum ac bonum: Alibi uero nequa-
quam. Ad æsculapium.

HEri o Aesculapi perfectã edidi orationẽ in præsentiaꝝ. h autẽ necessariũ esse arbitror: ut de sensu breuiter differamus: Sensus ac motus ĩ hoc potissimũ discrepare uidentur: quia hic quidẽ secũdũ materiã: ille autẽ secũdũ essentiam est. mihi tamem uterqꝫ conuenire uidet̃: neque distingui in hominibus ratione. Intus animãtibus sensus nũc unitus est: in hominibus autẽ intelligẽtia. Ab intelligentia quidẽ intellectus differt: quemadmodũ a diuinitate deus. Diuinitas. n. a deo. ĩtelligẽtia uero ab homine ꝓuenit. Hæc sermonis est soror: aut utraqꝫ sibi inuicem instrumẽta. Nã neqꝫ sermo absqꝫ intellectione ꝓnũciat̃: neqꝫ intellectio absqꝫ sermone prodit in lucẽ. Quãobrẽ sensus & intelligentia in homine: tanq̃ connexa cõspirãt inuicẽ Neque enim sine sensu intelligere: neqꝫ sine intellectione sentire ullomodo possumus. Intellectionẽ tamẽ absqꝫ sensu intelligere possibile est instar eoꝝ. qui in somnis phantasmata uidẽt tamen quoqꝫ uident̃ utraque operationes insomnioꝝ uisionibus exterius: sensu autẽ ex somno ĩ uigiliã suscitari. In animã præterea corpus, homoqꝫ unitur. quotiensqꝫ utræqꝫ sensus particulæ sibi consentiũt. tunc ĩtellectio concepta mente dispõit̃. Mẽs omnes notiones cõcipit. bonas quidẽ: quotiẽs a deo semẽ infundit̃ cõtrarias autẽ: cũ a dæmonibus quibusdam spmata iaciuntur. Nulla profecto mundi pars est dæmonũ præsẽtia destituta. horũ lumẽ ab ipso deo totũ descẽdit. Demũ deniqꝫ trãsfusus in hominẽ: semina ꝓprie oratiõis ĩ spergit. Mẽs ãt cõspersa seminibus prægnãs inde parit adulteria: stupra. homicidia: patricidia: sacrilegia: diuinorũ cõtẽptũ: iugulationes: euersiones urbiũ: pestes hominũ: & reliqua omnia quæcunqꝫ malorũ sunt opa dæmonũ. Dei plane semina pauca: at illa quidẽ magna. pulchra bona. uirtus. s. tẽperantia: pietas: pietas autẽ dei cognitio. Deum q recognoscit: bonis refectus omnibus: notiões diuinas assequit̃ notiones ĩquã haud multorum similes. Quadecausa si qui huic se cognitioni dedicant: nec ipsi uulgo placẽt: nec uulgus illis. Insanire demum putantur: risumqꝫ reportant. Interdũ etiã odio habentur: contumeliis afficiunt̃: uitaqꝫ priuantur. Improbitatẽ enim hic habitare diximus: terramqꝫ illius esse prouinciã. Terram dico nõ mũdum totum: ut impii quidem obloquuntur: ue

rumtamen homo deo deuotus : ꝗ primũ diuinã prægustauerit
uisionẽ : obliuiõi reliqua omnia tradit. atqꝫ etiã quæ reliquis ho
minibus mala sunt : huic ut bona cõtingũt : cõsulcti prudenter :
& ad scientiã singula referenti. quodqꝫ mirandũ est : mala semp
in bona penitus cõuertãti. Sed iã ad sermonẽ de sensu iterũ rede
amus. humanũ est : sensum cũ ĩtellectione cõiũgere. Nã om-
nes : ut supra retuli : homines intellectione fruunt̃ Cæterũ secũ
dum materiã unus : alter secũdũ essentiã. Qui enim prauitatis
seruus est materialis. a dæmonibus quoqꝫ ut diximus : intelligẽ
di semen accepit. At si qui bonitatis animæ sunt : hoꝝ naturam
ipse utatur. Deus enim oĩum auctor : efficiens autẽ oĩa : sibi ipsi
cõsimilia reddit. Hæc tamẽ genita bona in operatiõis usu steri-
lia. Mũdi nã que reuolutio generatiões exagitãs : qualitates effi
cit. Quasdã ĩficiẽs : maloꝝ fedãs. Quasdã defensans : bonoꝝ
purgãs. Mundus o æsculapi sensum motũqꝫ possidet. nõ huma
no sensui motuiqꝫ cõsimilẽ : sed potẽtiorẽ sane atqꝫ admodũ sim
pliciorẽ. Nã sensus & intelligẽtia mũdi : id unũ est. Cũcta. s. fa-
cere : ac resoluere. Diuinæ uolũtatis organũ : hac potissimũ rati
one cõstructum : ut a deo semina suscipiens uniuersa : eaqꝫ tuto si
nu recondens : omnia quidẽ cõponẽdo producat. oĩa rursus au-
ferat diuidẽdo : atqꝫ ĩstar agricultoris piti : quódcũqꝫ nimis adul
tũ est : amputat. ut statuitis tẽpoꝝ interualllis : reuirescat. Nec ẽ
quicq̃ : cui uitã mũdus ipse nõ præstet. Simulqꝫ uitæ locus est : ẽ
atqꝫ etiã ĩstitutor. Corpora uero ex materia in differẽtiã cõstãt :
hoꝝ q̃dã ex terra q̃dã ex aq̃ : ex aere alia : ex igne quoqꝫ ꝑmulta
uniuersa certe composita. Quædã tamẽ cõgesta magis : nõnul
la uero simpliciora. Illa grauia : hæc leuia. Velocitas autẽ agita-
tionis : illius uarietatẽ generationẽ qualitatis ĩducit. Spiratio. n.
crebra existẽs : corporibus qualitatẽ una cũ supabundantia uitæ
suppeditat. Deus igit̃ Cosmi. i. mũdi pater. Cosmus autẽ eoꝝ
quæ in cosmo : & cosmus quidẽ dei filius. Quæ uero in cosmo
sub cosmi ditione cõsistũt. ac iure cosmus appellatus ẽ. Omnia
siquidẽ uarietate generationis .i. exornat. necnõ ĩde
finentia uitæ operatione perpetua necessitatis : celeritate elemen
toꝝ : cõmixtione : ordine genitoꝝ Ipse igit̃ Cosmus. i. ornatus
necessitate simul & merito nõiatus ẽ : aĩantiũ oĩum sensus & in
tellectio. Quæ ex externis ĩfluũt ab eo : qđ cõtinet inspirata.

Cosmus autē quæcunqꝫ ab ipsa origine suscepit a deo perpetuo
seruat. Deus profecto: nō ut quibusdā uidet͂: sensit. menteqꝫ ca
ptus est. Ii. n. miseri pressi perperā obloquūtur. Quæcūqꝫ sunt
o Aesculapi in deo simul: atqꝫ a deo pēdētia: parti ꝑ corpus agē
tia: partim mouētia per essentiā animalē: alia per spiritum uiui
ficantia: alia uero receptacula defunctoꝝ. Rectius autē dicemus
deū talia nō habere: sed ut ueritatē liq̄dā exprimamus: ipsū esse
cūcta fatebi mur. Nec ea q̄dē ab extimis capere: ad extima ni-
hilominus porrigērē. Id est sensus & ītellectio dei. Vnde nulli
unq̄ futuꝝ est tempus: in quo existentiū aliq̄d in nihilū euane-
scat. Quotiēs uero existentia dico dei: dico thesaurū. Nā existē
tia ipse deus aplecti͂t. Extra hunc nihil ē. extra nihil ipse. Hæc ti
bi o Aesculapi intelligēti: uera uidebūt͂ ignorāti autē: incredibi
lia. Intelligere. n. ipsum credere est. at nō credere: proculdubio
ignorare. Sermo siquidē meus ad ueritatem usqꝫ cucurrit. Mēs
quoqꝫ ampla: & a sermone ad certū quiddam deducta: ueritatē
atigit. Deniqꝫ cōprehēdens oīa: eaqꝫ īueniens cōsona illis: quæ
interpretabat͂ e uestigio credidit: & in ipsa fide decora fœliciter
requieuit. Quæ igitur de diuinis dicuntur: intellecta creduntur
quidē: nō intellecta negātur. hæc aūt de intelligentia dicta suf-
ficiant.

Mercurii Trismegisti Clauis ad Tatium.

H Esternum o Aesculapi sermonē ascripsi tibi. Vn̄ æquū
est hodiernū Tatio dedicare: eoqꝫ magis id operæpreci
um: quo disputatio præsens: omnium ad illum a nobis antedi-
ctorum cōpēdiaria quædam summa futura est. Deus & pater &
bonum o Tati naturam eandem: immo eundem actum ha-
bent: Illa siquidem augmenti: diminutionisqꝫ appellatio est: q̄
circa mutabilia & īmutabilia. i. humana & diuina uersāt͂. Quo
rum unumquodqꝫ ille uult esse: alibi uero actum: quemadmo-
dum in aliis demōstrauimus: diuinoꝝ atqꝫ humanoꝝ quæ qui
dem in hoc intelligere necesse est. huius actus uoluntas est: hu-
ius essentia uelle cuncta subsistere. Quid est deus & pater & bo
num? nisi ipsum esse horum omniū nondū existētium? Quin
etiam existentia ipsa horum dum sunt: id deus: id pater: id bo-

num: cui nihil aliud ex omnibus applicatur. Mundus enim ac sol eorum: quæ sunt secundũ participationẽ pater: nõ tamen ut uentibus uitæ bonitatisq; causa. Quod si hoc ita se habeat: com prehẽsus agitur a uoluntate boni: sine qua: nec esse unq̃. nec fieri potest: Cum filiorꝝ pater. tum ꝓcreationis: tum ẽt alimẽti: per solũ appetitũ boni suscipiẽs. Nã bonũ actiuũ est: id alteri conue nire: quã illi nequit. Quod cũ accipiat nihil: uniuersa uult esse: Nõ dico o Tati uniuersa facit: faciẽs enim lõgo quodã tẽpore: deficiens ac indignũ est. Siquidẽ interdũ facit: iterdũ cessat: ege nũ quidem & quãtitatis: pariter & qualitatis. Nõnũq̃ qualia & quanta disponens: alias horũ contraria. Deus autem & pater & bonum: eo ipso quod oĩa est. Tale igitur ei quidẽ ista præcipere potest. Etenim hoc uult esse: & est. Et ipsum maxime uero ipsi: nam cætera oĩa ꝑpter ipsum. Propriũ quippe boni: o Tati sese notum præbere id bonũ est o Tati. TATIVS. Visionis pater bonæ & pulchræ nos participes redidisti. Vnde meæ mẽtis ocu lis uisione quasi iam expiatus est. TRIS. Neq; uero queadmo- dum solis radius: fulgore nimio corrumpit oculos: calligãtesq; reddit: sic ipsius boni conspectio. Illustrat enim: atq; oculi lucẽ eo magis exauget: quo qs capere magis potest ĩtelligibilis splen doris influxũ. Velocior est & acutior diuina lux ad penetrandũ ĩnocentiaq; & ĩmortalitate singula complens. Qui nitorẽ hũc a corpore uberius haurire pñt: Obdormiũt sæpenumero a cor pore ad aspectũ pulcherrimũ: queadmodũ Celius & Saturnus nr̃i progenitores assurgũt. TAT. Vtinã & nos pater. TRIS. Vtinam o fili. Ad huc tamẽ ĩbecilliores sumus ad conspiciẽdũ. Tunc aũt poterimus mẽtis oculos eleuare: bonũq; decorẽ incõ prehensibileq; prospicere: cum nihil de illo prorsus dixerimus. Eius cognitio diuinũ silentium est: & intenta omnium applica- tio. Qui id intelligit: nil potest aliud cogitare. Qui id meretur: nil præter ipsum aliud intueri. Qui id audit: nil audire post ip- sum: neq; corporis ẽt sui mẽbra mouere. Vniuersis ꝑfecto cor- poris sensibus motibusq; solutus: intrepidus agit. Nam qui totum circumlustrat undiq;: mentem totam quoq; irradiat: animam abstrahit totam a corpore: totam in essentiam deni- q; dei trãsfigurat Impossibile. n. o fili aĩam hoĩs: ĩ corporis fæce

iacentem diuinã assumere formã. Neq; licet etiam dei pulchritudinẽ contueri: nisi quis ante in deum fuerit reformatus. TATI. Quonam pacto id dicis o pater? TRISME. Omnis animæ distributio o fili. TATI. mutationes autem quonã modo interim distribueres. TRIS. Num in his q̃ generatim diximus audisti: quẽadmodũ ab una mũdi totius anima: uniuersæ profluunt animæ per omnẽ mundum tanq̃ distributæ circũcurrentes? Harũ utiq; animarũ mutationes permultæ: partim sane in melius fœliciusq;: partim aũt in cõtrariũ: Nã reptiliũ quædã in aquatilia trãsmutant̃: aquatiliũ animæ in terrestria migrãt terrenorũ in uolatilia scandũt: aereorũ uertuntur in homines: hominũ deinde immortales animæ ĩ dæmones transeunt: demũ in deorũ chorũ fœliciter reuolant. Chori deorũ gemini. uagantium unus: nõ uagãtiũ alter. Atq; hæc est suprema animæ gloria. Anima uero in corpus humanũ delapsa: siquidẽ mala perseuerauerit: nõ gustat ĩmortalitatis quicq̃. neq; bono etiã fruitur. Reuoluto autem itinere in reptilia præcipitãs: hæc utiq; adiudicatio ponaq; est animæ malæ: prauitas animæ: ignorãtia. Aĩa naturæ rerũ bonique inscia: orbata oculis: corporis sese passionibus implicat. Aĩa .i. mali dæmonis ritu corrupta. seipsam ignorãs abiectis corporibus: mõstrisq; deformibus: fuit. Corpus suũ uelut onus ĩfestũ circũfert: nõ p̃sidens corpori: sed ob ignorãtiã subiugata. Cõtra uero uirtus aĩæ cognita est. Eruditus. n. re uera: bonus: pius: diuinus. TAT. Qui hic est o pater? TRISME. Qui nec loq̃tur. nec audit multa. Qui duobus sermonibus: seu dicendis siue audiendis: intẽdit: & pugnat in tenebris. Nam deus: & pater: & bonũ: nec lingua pronunciatur: neq; percipitur auribus. Cum hæc igitur ita se habeant in omnibus: q̃ sunt ex eo: quod seorsum ab illo esse nequnt: sensus insunt. Inter cognitionem aũt: ac sensum multum ĩterest Sensus enim superantis motus existit cognitio: scientiæ terminus. Scientia dei donum. siquidẽ una quæq; scientia ĩcorporea mẽte utens ut organo: mẽs autem corpore. Quãobrem utraq; in corpora: tum ĩtelligibilia. tum etiam materialia recurrunt. Ex oppositiõe. enim & cõtrarietate cõstare omnia necesse est: neq; aliter se habere possibile est. TATI. Quis igitur materialis iste deus. TRISME. Mũdus: pulcher quidem: nõ tamẽ bonus. etenim ex materia cõstat: passionibusq; subiicit̃. Primusq;

est eorum: quæ patiũtur. Secũdus autem eoꝝ quæ sũt. Indigus
præterea suapte natura factus: aliquãdo semper existẽs: ĩ gene-
ratione atq; genitus: qualitatũq; & quãtitatũ omniũ genitura.
Mobilis enim. Omnis ãt materialis motio: generatio dici de-
bet. Intelligibil' quoq; status hoc pacto: motũ materialẽ agitat.
Q̃m mũdus spera est. i. caput nec supra materiale q̃cq̃ã. Quẽ
admodum neq; aliud sub pedibus ĩtelligibile: at materialia cũ-
cta: Mẽs uero caput ĩ circulum agitatum. i. secũdum naturã ca-
pitis motum. Quotcũq; igitur contigua sunt: capitis illius pel-
liculæ: que sane aĩa est: ĩmortalia nata sunt: quasi corpus sit ĩ aĩa
cõstitutũ: animamq; habẽtia: plena sunt corpore. Verũ quicq̃d
a pellicula procul in qua sunt: quæ magis participãt aĩa: corpus
existit. totum uero animal est. Itaq; mũdus ex materiali quodã
& intelligibili compositus est. Mũdus animal primũ: homo se
cundũ: post mundũ animal. Primũ aũt aĩaliũ reliquoꝝ. quod
cunq; uero animæ munus cõceditur aliis. homo quoq; possidet
Neque solum nõ. bonus sed malus ẽt: utpote mortalis perpẽdit̃
Mundus enim non bonus: quia mobilis: nõ tam̃ malus: quoni
am ĩmortalis. Homo aũt tum quia mobilis: tum ẽt quia mor-
talis: malus esse censetur. Anima hominis in hunc uehitur mo
dum. Mens in ratione: ratio in aĩa: anima in spiritu: spiritus in
corpore. Spiritus peruenas arteriasq;: sanguinẽq; diffusus: ani-
mal undique ciet: molẽq; corporis suspensam substinet: atq; cir
cũfert. Vndę decepti quidã humorẽ sanguinis animã existima
runt. nos plane latuit: quia in primis oportet spiritum ad aĩam
usq; manere. deinde sanguinẽ coalescere: uenasq; & arterias ca-
uas extendi: demum resolui animal: eamq; mortẽ corporis eẽ.
Ex uno aũt principio cuncta depẽdent: principiũ ex uno atq; so
lo. Et principiũ quidẽ mouet̃: ut rursus extet prĩcipiũ. Ipsum ta
men unũ præstat: nec ab unitate discedit. Tria igitur hæc sunt.
Deus pater bonũ. & mũdus: & homo. Mũdus deus habet: mũ
dus hominẽ. Mũdus dei filius: homo genitura mũdi. Neq; enĩ
ignorat deus hominẽ: sed curã eius habet: ab eoq; cognosci se
uult. Hæc unica salus homini: cognitio dei. Hæc ad olympum
ascẽsio. Ex hoc uno dũtaxat anima bona: neq; interdũ quidem
bona: alias aũt mala. at secundum necessitatem. TATI. Quo
modo id asseris omi Trismegiste? TRIS. Hoc inquam assero

animam pueri contemplari seipsam: nondũ ex natura sua pro-
pter corpus egressam: nondũ enĩ corpus omnino cõpactum est
ac seipsam undiq; pulchrã conspicere! Nã haud corrupta est ad-
huc a corporis passionibus: mundi totius aĩa tuncq; dependẽs.
Cum uero compactum est corpus: animãq; in sui molẽ disper-
git: & distrahit: tunc illa obliuioni subiicitur. pulchriq; ac boni
uisiõe priuatur. Obliuio aũt ipsa ĩprobitas est. Idcque accidit iis
qui egrediuntur ex corpore. Recurrente .n. aĩa in seipsam. spiri
tus in sanguinem: anima ĩ spiritũ cotrahit̃. Mẽs a uelaminibus
libera & diuina existens: suapte natura igneum sortita corpus: ꝑ
loca omnia circũuagatur: animamq; iudicio iusto ac merito sup
plicio derelinq̃t. TATIVS. Quo pacto id ais o pater! TRIS.
Mens quidẽ ab anima: anima uero a spiritu separatur. Indumen
tũ mẽtis anima. Indumẽtũ animæ spiritus: Coĩtelligere opor-
tet o fili cũ dicente auditorem: atq; cõspirare: auditũq; acutiorẽ
uoce dicentis habere. Harũ o fili uestrũ cõuolurio in corpore ter
reno cõficitur. Siquidẽ nudã secũdũ se mentẽ ĩ terrea sistere mo
le penitus impossibile. neq; enim potis ẽ terrea fæx mẽtẽ. adeo
diuinã suscipere: neq; tantũ numẽ patibili confirmatũ corpore
sustinere. Assumpsit ergo mens animã uelut amictũ. Quinẽt
aĩa diuina existens uehiculo spiritus utit̃. Spiritus animal totũ
ꝑcurrit. Itaq; cũ primũ mens a terreno corpore soluitur: propri
um mox subit amictũ igneũ: uidelicet corpus: quo sane quãdiu
circũtecta est: ĩterreũ corpus turgescere nequit. Terra nãq; ignẽ
minime sustinet: tota siquidẽ ab exigua sintilla cremaret̃. Qua
de causa terrene moli circũfusus est humor: quasi quodã ad com
bustionẽ ignis obstaculũ: qui cũ acutissimus ac uelocissimus sit
omnium diuinorũ cõceptuũ singulorum comprehendit elemẽ
torum corpora. Etenim ipse cœlorum artifex: igne potissimũ
ad suã fabricã utitur. Opifex quidẽ totius utit̃ omnibus. oĩs aũt
faber iis: quæ sunt circa terrã. orba nanque igni mens hominis
ad humanãq; dispositionẽ dũtaxat idonea. diuina cõstruere ne-
quit. Humana certe anima: non oĩs quidem: si pia beataq;: di-
uina: postquã uero huiuscemodi aĩa ꝑ mortẽ a carcere corporis
est exempta: cũ omnis subierit uirtutis: pietatisq; mandata: cer

te aut mens: aut deus efficit. Certamē autem religiosæ pietatis hoc est. Recognoscere deum: iniuriā īferre nemini. anima tamen impia in natura propria remanet: ac seipsam nimiū crutiat corpus quærit quod īgrediatur terrenum & humanū. Aliud ꝗppe corpus quam humanum: animam non capit humanā: neque fas est in corpus animā ratione carentis: animā rationalem corruere. Lex enim diuina generationē tam nephariam prohibet. TATI. Quo igitur modo crutiatur o pater hōis anima? Quodue suppliciū huius animæ grauius?. TRIS. Impietas o fili mi Tati: cuiusnam ignis ardētior flamma: q̄ impietatis est? Quænam fera mordax ita corpus lacerat: ut īpietas laniat animam? Nonne uides quot malis animus premitur impius? Hen sic fili uociferatur īpius animus. Vror: absumor: q̄d agā nescio. Deuorant me miserum mala undiq; cōfluentia: nō uideo quicquam: heu miser: non audio. Tales afflicti sunt animi uoces. Talis naturæ congrua mulcta nō qualē tu forte fili: & alii quidā arbitrantur: quibus uidetur anima nostra: postquam est humanam exuta figuram in corpora degenerare brutorum. Hic enim impius error: uerū castigationis eius modus alter. Mens utiq; cū dæmon efficitur? ad obsequium dei iubetur igneum capessere corpus: inde in animam transfusa nephariam: causam flagellis uerberat peccatorum. his aīs uerberatus iniquus ad neces: cōuitia: obiurgia. rapinasq; uarias sese uertit. ad ea deniq; per quæ delinquunt homines. uniuersa delabitur. At cum ī sanctā mens influit animam: extollit illam ad sapientiæ lumen. Hæc anima postmodū nnnquam somni torpore languescit: sed & uerbis pariter: & operibus humano fert opem generi: iuuatq; modis omnibus suum semp æmulata parentem. Quamobrem oportet o fili nos agentes deo gratias obsecrare: ut bonæ mentis participes efficiamur. in melius quidem anima migrat: in deterius nūquam. Est etiam animarum communio quædam deorum. animæ communicant hominū animis. Deus se communem singulis exhibet. præstantior enim cunctis ille. Cuncta autem illo sunt imbecilliora. Mundus deo: homo mundo: homini brutum subiiciatur. Deus super omnia est: & circa omnia.

Dei radii actus existunt: mũdi radii sunt naturæ: radii uero hominis artes atq; scientiæ. Per mundũ exercentur actus. iiq; in hominẽ: per mundi radios naturales descendũt. Naturæ p elementa: homines per artes atque scientias. Hæc utiq; mũdi totius administratio ex unius natura dependẽs: perq; unã materiẽ recte discurrens: qua nihil ualidius: nihil diuinius: nihil deniq; magis unitũ. Hominũ ad deos: ad homines deoꝝ communio. Iste bonus est dæmon: anima: quæ hoc plena est: beata est: misera uero: uacua. TATIVS. Quanam ratione id ais o pater? TRISME. Scito mi fili: quia aĩa oĩs habet ipsum bonum pro mẽte. De hac enim presens nobis est sermo: nõ de ministro huius: quẽ supra diximus: ex iudicio demissum ad inferos. Aĩa: mentis præsentia destituta: nec agere quicquã: nec dicere potis est. Sæpe uero mẽs extra animã: quo quidem in tẽpore nec audit: nec uidet anima: sed animali similis est ratione carenti. Tãta est potentia mentis: quæ animã huiusmodi deserit: implicitã corpori: & ab eadem tractã ad insera. Talis anima fili mi mentẽ nullã habet. Ideoq; nec hominẽ hũc appellare phas est. Homo siquidẽ animal est diuinum: nec est cum terrenis brutis: sed cum diis cœlestibus cõparandus. Quinimmo si audendũ ẽ uerum fateri: homo uerus uel cœlicolis est præstãtior: uel: saltem pari sorte potitur. Etenim quicunque cœlitũ descendit ad terrã cœli limitẽ deserit. Homo aũt ascendit in cœlũ: illudq; metiẽ Nec eũ fugit quæ ima sunt: quæ ue sublimia. Ac reliqua oĩa diligenter inquirit. Quod que maius est terrã quidẽ haud dimittẽs in cœlũ attollitur: tã ãpla est hũanæ naturæ potestas. Quãobrem audendum est dicere. hominẽ quidẽ terrenũ. Deũ eẽ mortalem. Deum uero cæleste: immortalẽ hominẽ. itaq; hoꝝ uirtute duoꝝ: hominis. s. ac mundi: gubernantur singula. uni demum cuncta subiiciuntur.

MENS AD MERCVRIVM.

Desine tã diu differere o Trismegiste Mercuri. Sile: iam ante dictoꝝ reminiscere: Etenim sensum tibi meũ nõ pigebit exprimere. eoq; magis: quo multe & uarie iter mortales de mũdo deoq; opiniones pererrant. TRIS. Equidẽ ut ingenue fatear huius rei ueritatẽ nõdũ teneo ipse. ergo mi domine purã exprime ueritatẽ. nã unicum te elucidare talia posse

cōſido. MENS. Audi me igitur o fili. Tempus: deus: & uniuer
ſum: ſic ſe habent. Deus æternitas: tēpus generatio. Deus æter
nitatē: æternitas mundū: mūdus tempus: tempus generationē
efficit. Dei quaſi eſſentia eſt: bonū pulchꝝ beatitudo: ſapientia
æternitas eſſentia. ipſum idem. mūdi ordo. temporis transmu
tatio. generationis mors & uita. actus dei mens & anima. æter
nitas perſeueratio: atque immortalitas: mundi inſtitutio. & re-
ſtitutio. tēporis augumentū & diminutio generationis denique
qualitas. Aeternitas ergo in deo. in æternitate mundus. tem-
pus in mūdo. In tēpore generatio. æternitas extat circa deum.
Mundus in æternitate mouetur: tempus terminatᷣ i mundo. ge
neratio cōplectitur in tempore. fors itaqꝫ omniū deus. eſſentia
uero æternitas. Opus æternitatis eſt mūdus. factus quidem nō
aliquādo: factus autem ſemper ab æuo. Cū uero nunquā ceſſet
æuum: nūquam ceſſabit & mundus. Cumqꝫ ſit mundus æter-
nitate comprehēſus: nulla mūdi pars īterit. TRISME: dei uero
ſapientia quid eſt? MENS: Bonū: pulchrū: beatitudo: omnis
uirtus & æuū: unde īmortalitatē præſtat æuum: pſeuerantiam
materiæ tradens. Origo enim materiæ pendet ex æuo: quem-
admodū ex deo æuū. Generatio qdē ac tēpus naturæ geminæ:
& ī cœlo ſūt & ī terra. ī cœlo ſane īmutabilia ſūt. Hæc duo atqꝫ
immortalia ī terra mutabilia corruptioniqꝫ obnoxia. Aeternita
tis aīa deus eſt: aīa mundi æternitas: terræ aīa: cœlum: Deus
in mente: mēs in anima: anima autē ī materia. omnia uero iſta
per æuū: totū hoc corpus: in quo corpora oīa anima mēte: deo
qꝫ plena: intima mūdi replet: cōplectitur extima: uitā omnibus
hæc ſugerit. extrinſecus quidē: īgenti huic perfectoqꝫ animali
mūdi: intrinſecus autem cæteris quæ inſunt mundo uiuentibus
Supraqꝫ in cœlo: quod idem eſt: oīa ſiſtens īfra uero ī terra: ge-
nerationē agitans. Mūdū profecto cōtinet æuū. ſiue p neceſſita
tē: ſeu prouidētia: uel natura. Et ſiquid aliud quis cogitat: uel ēt
cogitabit unquā: id omne deus agit. Actio dei poteſtas īſupera-
bilis: cum qua nec humanā: nec diuinam ullā comparare quis
audeat. Caue igitᷣ o Mercuri: ne quid infernorū: ne quid ēt ſup-
norum dei ſimile cenſeas. nam a uirtute penitus aberrares. Ni-
hil quippe ſimile eſt. quod diſſimile ſolumqꝫ & unum eſt. Ne-
que cuipiam putes eandem quæ deo uim adeſſe. Quid enim

post illum tale: & ad immortalitatẽ: & ad qualitatis transmutationẽ? quid autẽ præter hoc aliud deus efficiet? neq; enim ociosus est deus: nam ociosa forent omnia. Cuncta siquidem plena sunt deo: ocium uero in nullis mundi partibus reperitur. nomẽ ꝓfecto uanum est ocium: tum secundum id quod agit: tum etiam secundum id quod agitur. uniuersa fieri necesse est: ac semꝑ fieri secundum loci cuiusq; naturam. Agens nõ uni præsens est tantum: sed omnibus nec unũ dumtaxat uerum uniuersa producit. Nam efficax existens in se ipsa potestas: in iis quæ facta sunt minime sufficiens est. Sub ipsa enim sunt opera ab illo progenita. Age: contemplare: pro me subiectum tuo conspectui mundum: atq; eius diligenter circunspice formam. inuiolabile corpus: quo nihil antiquus per omne q̃dem adultũ ac uirens. Inspice præterea mundos septem suppositos: ornatu mirifico fabricatos: ordine sempiterno: cursu suo differenter cõplentes æuum plena lumine singula: ignis uero in illis nullo modo. Amicitia enim contrariorum. dissimiliumq; commixtio. lumen instituit illustratum ab actu dei? bonorũ omnium genitoris: totius ordinis principis: septẽq; mũdorũ ducis æterni: lunam uero cæteris præcurrentem: naturæ organum: inferiorẽ materiã transmutantẽ. Terram in mũdi medio sitam: pulchri mundi subselium nutrimentũ terrenoꝝ oĩum: eandẽq; nutricẽ. Meditare numeꝝ mortaliũ ĩmortaliũq; uiuentiũ mediũ uero q̃si cõfiniũ utrorũq; mortaliũ uidelicet atq; ĩmortaliũ: lunam ipsam circueuntem: Anima rursus omnium plena: propriis ab ea motibus agitata: ꝑtim quidẽ circa cœlum: partim uera circa terram: nec ea quæ dextra sunt ad sinistra: neq; leua ad dextra. Item nec supera ad ĩfera: nec infera iteꝝ ad supna. Qꝫ aũt hæc oĩa geñta sint o dulcissime mi Mercuri: nequaq̃ nũc opus ẽ. ut me differente perdiscas. Nam corpora sunt hñtq; animã: & mouentur. Hæc autẽ in unũ cõgredi absque cõgregantis uirtute ĩpossibile est. Oportet igitur aliquẽ esse talem ac penitus unũ. Nam cum multi: uariiq; sint motus: & dissimilia corpora: unus autẽ ordo uelocitatis in omnibus: impossibile est duos aut plures esse factores: neq; enim ordo unus probaretur in multis. Præterea qui inter illos ĩbecillior esset: potentiori nimirum ĩuideret: ex quo seditio quædã exoriretur. Itaq; si unus eorum auctor mutabiliũ aĩaliũ exti

18

tisset: cuperet quoque immortalia gignere quemadmodum genitor imortaliũ affectaret mortalia. Quinetiã una existente anima: unaqꝫ materia ad quã illorum potissimũ fabricatio ptinet Quod si ad utrũque: ad quam prouincia maior? sic autem cogita. omne corpus uiuens seu mortale siue immortale ex materia constat & anima. omnia sane uiuentia corpora animata sunt: non uiuentia uero nuda pene in omnia. Anima quoque similiter secundum seipsam suo propinqua parenti: uitæ causa est. uitæ autem causa est quilibet immortalium. Quonam igit̃ modo: mortalia uiuẽtia differunt a mortalibus? iteꝫ ab immortalibus imortalia? esse itaqꝫ horum omniũ auctoris præ cæteris est præcipuũ. Nam aĩa una: uita una: una quoqꝫ mã. Quis nam iste quis alter præter unicum deum? Num alteri cuipiam q̃ soli deo conuenit ꝑcreare uiuentia? Vnus itaqꝫ deus mũdũ unũ est confessus. & solem unum. unicam lunã. unam quoqꝫ diuinitatem. Ipsum uero deũ quot credimus esse? Vnus igitur singula facit in multis. Num censes arduum quiddã & laboriosum deo uitam: animã: imortalitatem: mutationemqꝫ efficere? Tu enĩ tot tãtaqꝫ potes: uides: audis: odras: gustas: tangis: loqueris: gradieris: spiras: intelligis. Neqꝫ alter est in te: qui uidet: quiue audit alter. Nec loquitur unus: graditur alius: hic odorat: ille gustat: hic spirat: intelligit ille. At unus hæc omnia p̃stat: neqꝫ ẽt possibile est illa sine dei materia fieri. Vt enim qui cessat ab iis: non est amplius animal: sic qui ab illorum constructione cessaret: minime deus esset. id aũt suspicari nephariũ. Quod si concessum nihil in rerum natura consistere. cui non insit naturalis quidam agendi uigor: simulqꝫ certi operis excutio: quanto magis asseuerandum est deo non deest potestatem omniũ & effectum? Nam quicquid ociosum: imperfectũ: imperfectum dicere deum nephas. facit igitur omnia deus. Nunc mihi id paulũ temporis o Mercuri totus adesto: ipsũ te mihi dedito: opus dei confestim intelliges. Hoc opus adesse necessariũ erat: ut eẽnt ea quæ fiunt: quæue fiebãt: & quæ fient in posterum. Id autem o suauissime mi Mercuri uita est: id uero pulchrum. id autem bonum: id deniqꝫ deus. Sin autem petieris: ut hæc tibi per exempla operũ ante oculos ponã: aduerte qd tibi accidat generare uolenti. non tñ illius hoc simile. ille siquidem non diffunditur uo-

luptate: non habet operis adiutorē. Suapte natura efficax: ui ꝓpria operans uersatur: in opere semper existēs ipse: quodcūq; fecerit unq̄. Si quodā influxū suū ille subtraxerit: deficiente uita: ī morte corruet uniuersa. Cū uero uiuant oīa: unaq; sit uita cunctoꝝ: unus est deus. Rursus si oīa uiuētia sunt: & quæ ī coelo uidentur: & q̄ iacent in terra: una aūt uita cunctoꝝ manat ex deo atq; ipsa & ipse est deus. ab uno fiunt oīa cōditore. Vita uero est unio mētis & aīæ: mors āt non pnicies concretoꝝ: sed unionis pluriū dissolutio. Imago ergo dei æuū: æui mūdus: mundi sol: solis āt homo. At uero mutationē quandā populi mortē eē arbitrantur: ob eam causam: quia moles resoluitur corporis. uita se reuocat in occultū. Equidē o dilecte Mercuri. mūdum quidē mutari hac te doceo rōne: quia quædā illius pericule in occultū iugiter habeūt: nunquā tamē interire illum existimato. Hæ ꝑfecto mūdi sunt passiones: reuolutio. s. atq; occultatio. Reuolutio quidē cōuersio: occultatio āt renouatio est. Omniformis ꝑterea mundus formas haud sane aduētitias: peregrinasq; suscipit. uerū ipse eas in seipso coagitat: ēt omniformis mūdi similis erit: at si unīcam formam habuerit. In hoc erit mūdo deterior. Quid itaq; dicemus ad hec? ne obsecro in ambiguo resistamus Quod enim in diuinis ambiguū nōdum cognitū: unā igitur habet ideā. huius aūt idea propria cū apectū fugiat oculoꝝ: incorporea est. formasq; per corpora singula exprimit. Neq; ulla te prorsus admiratio teneat: quia sit quedā īcorporalis idea. est enī qualis idea sermonis & in scriptionibus apices. uidentur. n. per multū excedere: planæ tamē ex natura: leuesq; sunt. Meditare aūt quod nūc dicetur audientius: quod que uerius ēt afferetur: quēadmodum homo nequit sine uita uiuere: ita nec deus uiuere potest: nisi bona producat. Hæc. n. dei uita: hic eius: actus agitare singula: uitamq; omnibus inspirare. Quædā uero eorum quæ supra diximus: certā quādā requirunt intelligentiā. Considera in hoc exemplo: qd potissimū significare uelim. Omnia sunt in deo: nō tanquā in loco posita. Locus enim corpus est immobile: atq; ea quæ posita sunt: motu carēt. Locatur quippe aliter in corpore: aliter in phantasia. Cogita singula cōtinentē: cogita nihil esse quā incorporalis natura capacius: nihil uelocius: nihil ualidius: ipsumq; oīum capacissimū: uelocissimū: poten-

tissimū. Sic iterū a teipso incipiēs meditare: atq animæ tuæ p̄cipito: quæ citius quā precipies euolabit. Iubeto inquā: ut trāseat in occeanū: illa prius quā iusseris ibi erit: īde ubi nunc est: nequaquā discedēs. Iubeto iterū ut in cœlū uolet: nullis penis egebit: nihil eius obstabit cursui: nō solum incendium: nō ætheris amplitudo: nō uertigo cœlorū: nō siderū reliquorū corpora qn penetrās oīa: ad supernū corpus usq trāscendat. Quinetiam si uolueris globos omnes transire cœlorū: quodq superius est ī uestigare: id quoq tibi licebit. Aduerte quāta sit animæ tuæ potestas: quāta celeritas. Tu ne potes ista? Deus nō possit. Hoc igitur pacto cōtemplare deū: ut in se ipso intelligētias oēs habentē habentēq seipsum ceu mūdum penitus uniuersum. nisi te deo equaueris: deum nunq̄ intelliges: nā simile semper a simili suo cognoscitur. Extende teipsū in magnitudīe sine termino. Emerge ex corpore. totū supergredere tempus: æternitas esto. Sic deum deniq noueris īpossibile nihil in teipso supponēs. Teipsum īmortalē puta: cōprehēdere cuncta potentē: scientiā omnē atq omnē pariter artē. Omni sublimitate sublimior esto: oī fundo profundior: sensusq factorū tuorū singulos in te colligito: ignis aquæ: arridi: humidi. Adesto simul mundi partibus oībus: cœlo: terræq: mariq. per omnē ætatē: extra corpusculi tui uentrē habitato: per mortē nihil īterire putato. Cuncta hæc simul cōprehendito: loca: tēpora: moles: qualitates: & quantitates: sic deum intelligere poteris. Cōtra si animā tuā in corpus demerseris. ipsāq abieceris: iisq te uerbis in cenū prostraueris: neq scio quicq̄: neque scire etiā ualeo. uastū horreo maris fundū: in cœlū uolare nequeo. nō noui quid nūc sim: nō noui quid sim futurus in posterū. Quid tibi cū deo? neque enī potes: cū sis malus corporisq fetidi seruus: ipsū pulchrū: bonūq percipere. Extrema uero prauitas nō recognoscere deū. At uero cōsidere: atque sperare se bonū aliquādo reperire posse: uia qnædā diuina est: ad bonū recto tramite ducēs: facilisq & perula. passim procedēti tibi sēper. occurret āmbulāti: nauigāti: die: nocteq loquēti: pariter atque tacēti. Nihil est enī ī rerū natura: quod nō aliquā præ se ferat diuītatis imaginē. TRISMEGISTVS. Nōne ī uisibilis deus? MENS. Religiosius loquere. Trismegiste. nā quis illo lucidior: Ille qppe oīa ob eā causā fabricauit: ut eū p singu-

la cerneres. Hæc dei bonitas: hæc eius uirtus est. Illum fulgere per omnia: nihil est uel in corporeis etiam inuisibile: mens ipsa intellectione uidetur. Deus in operatione conspicitur. Hæc hactenus enodata tibi sint Trismegiste: cætera omnia ipse p te iā perscrutaberis: necq falsa ueritatis imagine decipieris.

¶Mercurii ad Tatium de cōmuni.

MEns quidem o Tati ex ipsa dei essentia: si qua tamen est eius essentia: nascit̃. Hæc qualiscūque sit: sola seipsum sincera cōprehēd t. Mens igitur ab essentia dei nequaquā diuisa: sed illi potius eo modo connexa: quo solis corpori lumen. Hæc mens deus est in hominibus: atq icirco nōnulli ex hominum numero: dii sunt: eorumq humanitas est diuinitati q̄ proxima. Etenim bonus demon deos quidem prædicat immortales homines aūt mortales deos. In animalibus āt irrationabilibus mens illa natura est. Nam ubicūque anima: ibi quoq mens: quemadmodum ubicunq uita: ibi etiam anima ī uiuentibus: absque rationis discursu. Anima est uita uacua mentis: mens quippe adiutrix est hominū animarum: eas ī bonum proprium reuocans. In animalibus ratione carentibus cum natura cuiusque operando congreditur. in animis hominū resistit interdum: atque repugnat. Anima siquidē infusa corpori: a uoluptate atque dolore continuo deprauatur. ex corporis. n. commixtione uoluptas & dolor: ceu riuuli quidā scaturiunt: in quos madens anima suffocatur. Quibuscunq igitur animis mens præsidet: suo illa fulgore illustrat: earum moribus malisq resistens: quemadmodum uero medicus eruditus ægrotantis corpus doloribus afficit. urendo illud: atq secando recuperādæ ualitudinis gratia. eodem modo mens uoluptuosam affligit aīam ut radices uoluptatis euellat. ab hac. n. oīs aīæ morbus: morbus animæ grauissimus: impietas est. opinio aūt nō ad bonum prorsus ullum: sed ad malum potius allicit. At uero mēs illa repugnās: sic animæ bonum procurat. ut sanitatem corporis: medicus quotcunq hominum animæ mētem nequaq̄ sortitæ sūt gubernatricem eandem: quæ & brutorū animæ patiuntur. Dimittit eas mēs cupiditatum imperio ad quarum explectionem ardenti quodam impetu perferuntur: rituq ferarum immode-

rate & irascũtur: & cupiunt. Quodq; deterius est: nec finẽ im
ponunt libidini ullum: nec malorũ inueniũt passionũq; termi-
num. Hisce uelut littorem: ut uindicẽ deus legẽ proposuit. TA
TIVS. Hic o pater disputatio illa de fato: quam ĩ superioribus
imperfectam reliquimus reuiuiscit. Nam si decretũ sit quosdam
adulteros: quosdam fore sacrilegos: cur aliquis inde mulctatur?
quando quidẽ cõpulsus fati necessitate deliquerit. TRISME.
Omnis sunt fati opera fili. absq; illo nihil est corporaliũ: nõ bo
num: sine illo quicq̃ põt: nõ malũ fieri sine illo. Decretũ est eũ
quid turpe quid cõmiserit pati: ille ob id cõmittit: ut patiatur in
de quodcunq; patitur quando cõmiserit. Cæterum de fati ac de
lictorum suppliciis: in aliis diximus. Præsens uero nobis est ser
mo de mente. Quid mens ualeat: q̃ differens in hominibus ac
brutis sit eius instinctus atq; iterum quo modo in brutis quidẽ
non est mens ipsa beneficia: in hominibus aũt libidinis impetũ
cohibet: iracundiæ restinguit ardorem. ex quo sequitur: ut inter
homines: irrationales quidam: nonnulli rationales existãt. Cũ
cti uero homines fato: generationi: transmutationi subiiciũtur
Initium quippe: finisq; fati duo hæc: generatio. s. ac transmuta
tio. Et homines uniuersi idquidẽ patiuntur: quod instituit fatũ
Verum rationales illi: quibus diximus mentem ceu gubernatri
cem assistere. non eodem modo: quo cæteri patiuntur: imo ab
improbitate alieni: existentesq; nõ mali: patiuntur minime ma
lum. TATIVS. Quomodo rursus hæc ais o pater? TRIS.
Adulter nõne malus. Homicida nonne malus? Homo nõ adul
ter patitur: sed quemadmodũ adulter. Non homicida: sed quẽ
admodum homicida. Qualitatem transmutatiõis effugere im
possibile est: sicut & generationis effectum. Prauitatẽ uero mẽ-
tem habenti uitare licet. Quamobrem ego mi fili bonum sem
per dæmonem audiui dictantem: qui si litteris quæq; monumẽ
ta mandasset: mira quædam in dies humano generi emolu-
menta conferret. Solus ille mi fili tanquam ipse pro me ge-
nitus deus: uniuersa conspiciens: diuina in nos effudit oracu-
la. Hunc equidem audiui sic aliquando prædicãtem: unum om
nia sunt. præsertim intelligibilia corpora uiuimus potentia :
actu: æternitate. Mens huius bona: quemadmodum & eius.

anima bona: cū id ita se habeat: nihil est intelligibiliū ab intelli gibili distans Potest preterea mēs princeps omnium atq; anima dei: quæcūq; uult efficere. hæc ille. Tu igitur ista considera: & ad hūc quē inferā sermonē de fato: mente arrectisq; auribus ad sta. Si diligenter litigiosas captiunculas euitaueris: inuenies absq; dubio: qđ mēs aīa dei dominatᷣ oībus: tū ēt legi: ac cæteris uniuersis neque aliqd illoꝝ: quæ ad fatū spectāt: īpossibile mēti Ideoque humāus animus fato supiori nō tn̄ quæ fato subiecta sunt. negligit. atq; ista sūt oracula bōi dæmonis optīa. TATI-VS. Vere diuine: atq; etiam cōmode tractasti hæc o pater. At illud insuper mihi declares obsecro. Mentē in brutis operari na turæ modo dixisti: cum illorum affectibus cooperātē. Affectus autē irrationaliū: ut arbitror: passiones sunt: mens ergo passio quædā est. Sic eni passionibus cōformatᷣ. TRISMEG. Euge fili bone: q̄ generose rogas. æquū est: ut tibi respondeā. Omnia quæ insunt in corporibus īcorporea: patibilia sunt: immo passi ones proprie sunt. Omnis motus corporeus: īcorporea quoq; mouetur a mente. Motus autē passio. Vtraq; ergo. tum quod mouetur. tum etiā quod mouet. patiuntur. Hoc quidē dominās illud uero subiectū. Cum uero separatur a corpore: a passioni-bus liberatur. imo nihil usq̄ īpatibile fili. cūcta. n. patibilia. Sed passio & patibile in hoc maxīe differunt. ꝙ unū agit. alterū pa titur. Corpora uero secundū se ipsa etiam agūt. aut. n. īmobilia sunt aut mouentᷣ. Vtrum uero sit horū: passio est. Incorpora-lia aūt operātur semper: propptereaq; patibilia sunt. Neq; te ap-pellationes moueāt. Operatio. n. ac passio idē: uocabulo tamē magis honorādo uti. nil obest. TATI. Perspicuā de iis ratio-nem reddidisti o pater. TRIS. Illud præterea considera o fili: quod duo hæc soli ex oībus aīalibus hominis deus ipse largitus est sermonem. s. atq; mētem. Quæ quidē eiusdē ac īmortalitas premii esse censentur. Iis quisquis ad id quod decet: utitur: nihil ab īmortalibus discrepat. Quinct corporis solutus cōpedibus: ab utrisq; ducetᷣ ī chorū beatorū simul atq; deoꝝ. TATI. Cæ tera præter hominē animātia: nonne sermone utuntᷣ. TRIS. Non fili: sed uoce. permultū interest uocē inter atq; sermonem sermo cūctis cōis hominibus: uox aūt propria cuiusq; homi-nis: propria etiam cuiusq; generis animātiū. TATIVS. O pa

ter diuersa genera hominū diuersis utuntur sermonibus? TRIS ME. Diuersis o fili unus etiam sermo: qui per īterpretationem huc atq; illuc trāslatus: unū deniq; uerbum existere reperitur. Verbum idem apud ægyptios: persasq; & græcos: sed uideris mi fili uerbi uirtutem: & amplitudinem ignorare. Beatus deus dæmon bonus: animam esse in corpore: mētē in anima: in mē te uerbū pronunciauit: deum autē hoꝝ patrem asseruit. Verbū itaq; imago ac mens dei ē. est corpus quidē ideæ: idea uero ani ma ē: purissimaq; materiæ portio aer: aeris anima animæ mēs mentis deniq; deus. Deus uero circa omnia: simul atq; p omnia mens circa animā: anima circa aerem: aer circa materiam. Ne cessitas autem: prouidentiaq;: & natura organa mundi sunt: or dinisq; materiæ. Etenim ītelligibiliū unūquodq; eessntia: essen tia uero illorū: ipsum idem. A teorū quæ mundo insunt corpo rum: unumquodque est moltitudo. Corpora composita ipsū idem habentia: atq; inuicē mutuo transeuntia: īmortalitatem ipsius eiusdem perpetuo seruant. In cæteris corporibus: quæ cō posita sunt: corporis cuiusq; numerus est. absq; numero consti tutionē uel cōpositionem uel dissolutionē fieri: impossibile est. unitates quippe gignunt atq; augent numerū: rursusq; solute: in se numerū retrahūt. Materia qdē una: totusq; hic mundus: ma gnus est deus: imago maioris: unitus illi: patris ordinē uolūta temq; seruans: uitæ totius integra plenitudo. Neq; est in eo qcq̄ per omnē æternitatē: restitutionēq; paternā: seu ad totum: siue ad partē spectans: quod nō uita fruatur: neq; est uitæ expers in mundo quicq̄: nec fuit ante: nec erit. Viuentem. n. uoluit pater eius: quādiu est: esse mundum. unde deum hunc esse necesse est Quomodo possunt o fili in deo: in totius imagine: in plenitu dine uitæ esse quædam uita carentia? Priuatio uitæ corruptio ē: corruptio uero pernities. Quonam igitur pacto pars ulla eius quod incorruptibile est corrumpi: uel dei quicq̄ destrui potest? TATIVS. Nonne o pater animalia quæ in mundo sunt: mū di partes intereunt? TRISME. Rectius loquere fili. Erras. n. in nomine: non moritur in mundo quicq̄: sed composita cor pora dissoluūtur. Dissolutio mors non est: sed mixtionis reso lutio quædam. Soluitur autem unio: non ut ea quæ sunt intereant: sed ut uetera iuuenescant. TATIVS. Cum

sit quædam operatio uitæ: nonne motio quædam hæc est? atq̃ iccirco quid in mundo immobile? TRISMEGISTVS. Nihil o fili. TATI. Nunquid ĩmobilis tibi terra uideť? TRIS. Mini me: sed multis motibus agitata. sola tamẽ hæc quodãmodo stabilis. An non ridiculũ esset ipsam nutricẽ oĩum concipientẽ: parturientẽq̃ singula motu carere: ĩpossibile enim aliquid absq̃ motu parere: nec minus ridiculum: quantũ id corpus sterile nuncupare. Nihil enim aliud ipsius ĩm obilis appellatio: q̃ sterile quiddã significat. Totum hoc o fili generatim considera: quod est in mundo: aut crescendo: aut decrescẽdo moueť. Quod uero moueť: id prærerea uiuit. singula tamẽ uiuentia: haud eadẽ eẽ necesse ẽ Simul quippe mundus uniuersus existens: totus quidẽ ĩmobilis. partes autẽ eius agitabiles undiq̃: nihil tamen corruptioni subiectũ: sed appellationes quædã falsæ homines turbant. Neq̃ enim generatio uitæ creatio est: sed latentis explicatio uitæ. neq̃ mutatio mors: sed occultatio potius. Cũ hæc igitur ita se habeant: ĩmortalia cuncta. Materia quidẽ uitæ spiritus est. mens animæ. Ex mente uiuẽs omne ꝓfluit. Omne igitur uiuens per mẽtem: permãet ĩmortale. Maximo uero omniũ ĩmortalis est homo: qui deum capit: qui diuinæ conformatur essentiæ. huic. n. soli ex omni uiuentium genere: deus ipse congrediť. nocte quidẽ ꝑ somnia: die crebrius per portenta: perque oĩa sibi futura prænunciat. per aues: per intestina: per spiritũ: perq̃ sibyllã: ꝓpter quam uere dicitur homo scire quæ sunt: quæ fuerunt: quæ mox uentura trahantur. Illud autem in primis animaduertas si li mi uelim: ꝙ unũ quodq̃ genus uiuẽtiũ reliquoꝝ: propriã mũdi prouinciã habitat. humida quidẽ aquã. terrestria terram. aerẽ uolatilia: homo autẽ his omnibus utiť: terra: aqua. aereq̃: & igni. Cœlũ suspicit: sensuq̃ illud attingit. deus uero circa omnia simul atq̃ per omnia. Actus. n. est omnium: atque potestas. nã a rduum quiddã est o fili. deum percipere. Hunc quotiẽs intueri uolueris: aduerte mundi ordinẽ: atq̃ ordinis eius ornatũ. Aduerte necessitatẽ eorum: quæ sensu percipiuntur. prouidentiãq̃ cũctorũ: quæ facta sint ante: & quæ quotidie fiũt. Aduerte plenam uitæ materiam: talem ac tantum deum cum omnibus bonis: & pulchris diis. dæmonibus: atq̃ hominibus incedentem TATIVS. At istæ o pater operatiões quædam sunt. TRIS.

Ah fili unde hæc: nisi ab ipso deo proficiscuntur? num ignorãs ꝙ quemadmodũ mundi partes sunt cœlũ: aqua: terra & aer: eodem modo dei membra: uita: ĩmortalitas: necessitas: prouidẽtia: natura: anima: mens? Horumq omniũ perstipatio: ipsum bonum: neq fit aliquid usq̃: nec est factũ: ubi deus ipse nõ adsit TATIVS. In materia ergo pater. TRIS. Materia fili mi seorsum est adeo. ut locus ille proprius assignetur. Quid aliud illũ existimas: q̃ rudẽ: indigestamq congeriẽ hanc existere posse? ne credas nisi formetur: Quod si formatur: ab aliquo certe formatur. Operationes enim formandi: partes dei esse diximus. A quo ergo uita donantur animantia singula? A qno fiũt ĩmortalia: quæ ĩmortalitatis munere perfruuntur? A quo mutantur: quæ mutabilia sunt? siue materiam: seu corpus nuncupaueris: dei actus esse memẽto. Actumq materiæ materiæ rõnẽ. actũ corporeũ corpoꝝ rõnẽ. actũ essentiæ: essentiæ rationẽ. idq omne: neq quicq̃ est in omni: quod nõ sit ipse deus. Itaq nec magnitudo: neq locus: neq qualitas: nec figura: neq etiã tempus circa deũ. Omne enĩ est. Omne ãt circa oĩa: atq per oĩa. Hoc uerbũ o fili cole atq adora. Cultus ãt dei unus est: nõ eẽ malũ.

¶ Mercurii ad tatium Filiũ suum de generatione & ĩpositione silentii. Tatius.

IN communibus pater sermõibus per ænigmata quedã ac sine declaratione ullius adiunctionis: de deitate tractasti. asserens ante regenerationem saluũ fieri neminẽ Equidẽ dum ascendebas in montem: supplex tibi tũc astiti obsecraus. ut mihi regenerationis rationem aliquando referares: id. n. solum restabat tunc mihi discendum. Tunc demũ spopõdisti te reuelaturũ: cum a mundo forem alienatus. Ecce iam paratus sum pater: a mente mea mundi deceptiones excussi. Tu ergo serua promissa. Regenerationis modũ uel palã: uel clãculum: ut lubet ediscere. Ignoro o Trismegiste: q̃ ex materia quoq semine natus fuerit homo. TRIS. O fili contẽplatiua in silentio sapiã: semen eius uerum bonum. TA. quonam serente pat̃: hoc. n. ignoro. TRI: Volũtate dei mi fili. TAT. Et quãti est qui nõ est genitus expers enim intelligibilis essẽtiæ. quod si aliter se habeat: qui gignitur: deus erit dei filius. TRISME.

Omne in omni: conſtans ex omnibus poteſtatibus. TATI.
ænigmata fingis o pater: neqꝫ patris more cum filio loqueris.
TRISME. Hoc genus o fili nō eruditur. uerbū quotiens uult:
ſub inſinuatione quadā in dei memoriam reducitur. TATI.
Impoſſibilia infers: ac nimiū uiolenta. qua propter his cupio
cōtradicere. TRIS. Admodū diſcrepas a paterno gener̄ Tati.
TATI. Ne inuideas mihi pater: legitimus. n. ſum filius. Age
præcor: regenerationis modū me doce. TRIS. Quid dicā fili
quod dicam: præter hoc nō habeo quicq̄: ꝙ uerū cerno ſpecta-
culū: ex dei benignitate mihi iam oblatū: unde in corpus ſum
ĩmortale tranſlatus ſumqꝫ nō ille qui prius fuerā: ac mens nup
effectus hoc miſteriū nō docetur. Vide hoc elemento formato
per quod uidere licet: per quod neglecta eſt a me prima cōpoſita
ſpecies. nō ꝙ ſim coloratus tactūqꝫ ac terminū habeā. ab iis. n.
ĩpreſentiarū alienus ſum. TATI. In furorē me inſanūqꝫ mentis
oeſtrū o pater nimiū concitaſti: impreſentiarꝫ me ipſum haud
uideo. TRIS. Vtinā fili cariſſime tu quoque te ipſū non dor-
miens trāſcurriſſes: inſtar eorū. qui ſomno inſomniis occupāt̄.
TATIVS. Dic age: quis eſt regeneratiōis auctor. TRISME.
Dei filius homo: unius uolūtate dei. TATIVS. Nūc mutum
o pater ac ſtupidū reddidiſti: ipſe quoqꝫ a priſtino ſtatu men-
tis alienatus: eandem aſpitio imarū rerū caractere magnitudi-
nem: in eoqꝫ mendatiū Mortalis enim ſpecies per dies ſinguloſ
tranſmutatur hæc ad tempus utpote falſa in augmētū: detrimē
tumque uertitur. quid ergo uerum Triſmegiſte? TRI. Quod
non perturbatū. non determinatū: non coloratum: non figura
tum: non conciſum: nudum perſpicuum: a ſeipſo comprehenſi
bile: intranſmutabile bonum: ac penitus incorporeū. TATI.
Inſanio iam re uera mi pater. cumqꝫ ſapientem abſte ſperaſſem
me fieri: eiuſcemodi cognitione: ſenſus obtuſi ſunt. TRISME.
Sic accidit fili: nam ſurſum latum ut ignis: & deorſum latum ut
terra. & humidum uelut aqua: necnon ſpirans ut aer: quomo-
do ipſum ſenſu percipies? non durum: non molle: non denſum
non penetrabile: ſolum potentia: atqꝫ actu conſiderandum. qui
uero poteſt: oret: ut generationem quæ in deo eſt: intelligat.
TATIVS. Impotens ego ſum pater. TRIS. Abſit hoc o fili:
recurre in te ipſum: & cōſequeris. uelis: ac fie. Purga ſenſus cor-

poris. solue te ab irrationalibus materiæ ipsius ultoribus. TATIVS. Num ultores intra me sunt? TRISME. Nõ pauci o fili sed orribiles ac multi. TATI. Ignoro pater. TRIS. En fili: hæc una est ultrix. ignorantia: secunda tristitia: tertia inconstã tia: quarta cupiditas: quinta iniustitia. sexta luxuries: deceptio se prima: octaua inuidia: fraus nona: decima ira: undecima teme ritas: duodecima uero malicia: hæ quidẽ sunt numero duodeci sub iis plures aliæ continentur. Quæ per corporis carcerẽ iclusum: in tristem hominẽ sensibus pati cogunt. Absunt autẽ istæ ab eo: qui est dei fretus clementia. Atque ita constat regenerationis modus: ac sermo. Deĩceps sileto mi fili: deũq; silendo lau dato: eoq; pacto diuina clementia nũquã a nobis aberit. Gaude deinceps mi fili: nam potestate diuina in contẽplationẽ es ueritatis eleuatus. Descendit in nos cognitio dei: hac accedente: repulsa est ignoratio. Descendit in nos cognitio gaudii: hac præsente tristitia penitus aufugit. in eosq; se uertit: qui ad eam parati sunt capiendam. Potestatem uoco ad gaudiũ perducentẽ: constantiã cuiusuis proculdubio suauissima est. Cõplectamur igitur eam libentissime fili: ea enim cũ primum aderit molliciem omnem prorsus expellit. Quartam uero nunc continentiam uoco: uim uniuersarum uictricem cupiditatum. Gradus hic o fili: iusticiæ fundamentum existit Aduerte autem quo pacto a cunctis operibus iniusticiam expulit. Iusti quidem effecti sumus: absente iniusticia fili. Sextam uoco potentiam in nos descedentẽ: communitionem scilicet aduersus excessum. hoc deniq; discedente: inuoco ueritatem. aufugit mox deceptio: ueritas adest. Vide quomodo absolutum est bonum: ueritate præsente. Liuor. n. discessit a nobis ueritatis enim innatum est bonum: cum uita simul: & lumine: nec ultra ire uindex accessit. Verum ultrices omnes repẽ tino quodam impetu reiectæ sunt Intellexisti fili regenerationis ipsius modum: denario præsente numero: intellectualis generatio composita est: quæ duodenarium numerum reiicit. Idq; ex ipsa generatione speculati sumus. Quicunque igitur propter benignitatem generationis: quæ secundum deũ est: sensum amittit corporeum: seipsum cognoscit ex diuinis compositũ: factusq; indecliuus: diuina potentia tota mente lætatur. TATIVS. O pater concipio nõ oculorum intuitu: sed actu mentis: qui per ui

res intimas exercetur. in cœlo sum: in terra: in aqua: in aere. in animalibus sum: in aboribus: in corpore: ante corpus: atq; post corpus. At id præterea mihi dicas uelim: quomodo ultrices tenebrarum: numero duodecim a decẽ potestatibus repellũtur. Quis modus Trismegiste? TRIS. Tabernaculum istud o fili est: ex zodiaco circulo constitutum: qui ex duodenario numero cõstat illo. Numeriq; undecim sunt: unus omniformisq; secundũ ideas naturæ: ad hominis peruagationẽ: atq; circuitum Itaq; disiugatæ quodammodo sunt adinuicem ultrices illæ. in agendo tamen quodammodo cõiugatæ. ut ecce inseparabile est ab ira temeritas. Merito ergo secundum rectam rationem eatenus interuallum: quatenus a potestatibus decem. i. a denario numero repelluntur. Denarius o fili animæ genitorẽ. Vita uero & lux ubi unitæ sunt: ubi unitatis ipsius numeri sunt: ex spiritu nati: itaq; unitas secundum rationem denarium complectitur: rursusq; denarius unitatem TATIVS. Eia pater uniuersum uideo: meq; ipsum in mente conspicio. TRIS. At hæc est regeneratio o fili non adesse ulterius corpori: quantitate dimenso. Ob hanc profecto rationem: regenerationis mysterium protuli. ne simus calumniatores totius: aduersus multos: quos deus ipse uult. TATI. Responde ad hæc o pater. corpus istud ex potentia constitutum: num aliquando dissoluetur? TRIS. Caue ne id ulterius audeas. Impossibilia profers: ac penitus erras mentisq; oculis ista loquendo impietate nimia profanaris. Sensibile naturæ corpus ab essentiali generatione procul admodum discrepat. unũ quidem dissolubile ĩdissolubile alterum. Illud mortale hoc ĩmortale. An uero ignoras: quod & deus: & unus filius natus es. TAT. O quam uellẽ o pater: analogiã illã per hymnũ: quẽ dixisti audisse te a ptãtibus dum ipse in octonario essem. TRIS. Octonarium o fili cecinit ipse pimander. Vnde te decet umbraculum soluere. purus enĩ ille pimander: mens diuinæ potẽtiæ: nõ plura mihi quam scripta sint aperuit. existimans me reliqua scrutaturũ: hortatus me est ad decora officia: ex quo oẽs q̃ in me uires sunt: cõcinũt. TATI. O pater audire hæc: & intelligere uelĩ. TRIS. Quiesce fili qesce in quã audies iã harmonicã cãtilenã regenerationis: hymnũ quẽ nũquã sic facile ppalarẽ: nisi tibi cõ ductorũ cõsiderẽ. Nõ docetur hoc: sed occulitur in silẽtio. Vide me

fili bone: obserua singula diligẽter. Sic enĩ te quoq; decet orãtẽ sub diuo: occidẽte sole: ad austrũ oriente uero: ad eurũ faciẽ uertere. TRIS. Vniuersa mũdi natura hũc audiat hymnũ. Audi terra: audite turbines imbriũ. o silue silete: cãtaturus sum creatorũ oĩum: totũq;: & unũ. Audite coeli: qescite uẽti: circulus immortalis dei o rõnẽ istã exaudiat: Cano iã creatorẽ oĩum. terrarum distributorẽ: coelũ æquilibrantẽ: iubentẽ ex oceano aquam undiq; fluere dulcẽ: ad hominũ alimẽtũ: iubentẽ ignem fulgere supernæ adactionis hominũ: atq; deoꝝ: Agamus illi oẽs una uoce gratias: tranãti coelos: naturãq; creãti. Hic mẽtis est oculus: hic potentiaꝝ benedictionẽ libenter excipiet. O meæ uires laudate ipsum unũ & oẽ Cõsonate uoluptati meæ oẽs animi uires. Cognitio sancta: quæ tuo lumine fulget: per te lumen intelligibile cantans: gaudio mentis exulto. Omnes potentiæ mecum una concinite. Constãtia canta mecũ. Iustitia mea per me iustũ canat. Cõmunio mea totũ ipsum laudet. per me canat ueritas ueritatẽ. Bonũ nostrũ: bonũ denique canat. O uita: o lux a nobis in nos benedictio currit. Gratias habeo tibi pater: actus omniũ potestatũ. Gratias ago tibi deus omniũ potestas actuũ. Verbum tuũ per me te laudet. per me mundus uerboꝝ recipit sacrificiũ hoc. meæ uires clamãt: totũ cantant: uoluntatẽ tuam perficiũt. Tua uolũtas abs te in totũ: sacrificiũ uerboꝝ ab omnibus excipe. O uita totũ quod est in me: salua. O lux totũ illumina: spiritus deus. Verbũ tuũ me regit spiritifer opifex. Tu solus es deus. Homo tuus hæc clamat. per ignem: perq; aerẽ: per aquã: perq; terrã: per spiritũ: perq; creata: Ab æternitate benedictionẽ inueni: qua desidero in uolũtate tua quiescã. TATI. Noui pater hũc hymnũ abs te ex uolũtatis affectu cantatũ: ubi mundũ attigi meũ. TRIS. Intelligibilẽ dic mũdũ fili. TATI. Intelligibilẽ dico pater. Ex tua siquidẽ cantilena: illustrata mihi mens est: quo fit: ut ipse quoq; ardeã amore canẽdi. TRIS. O fili mi tati: ne sine ꝓposito laudes cantato diuinas. TATI. Ex mẽte cãtabo mi pater. TRIS. Quæ speculor infundo tibi generationis prægenitor tati. TATI. Deo uerboꝝ offero sacrificia. o deus: tu pater tu dominus: tuq; mens: accipe sacrificia uerboꝝ: quæ requiris a me: te uolẽte perficiuntur oĩa. TRIS. Offerto fili hostiã patri dõ gratã: oratiõiq; tue ĩtẽtus esto. TATI.

Gratias hēo tibi pater: qđ ista mihi p̄dicare uolueris. TRIS. Gaudeo fili: q̄ te bona quāplurima ex ueritate. quæ sane sūt immortalia opera: id a me discens silentiū uirtutis annuncia nulli cōmunicās regenerationis mysteriū: ne tāquā calūniatores quidam reputemur. Etenim uterq̄ nostrū ad sufficientiā meditatus est. ego quidē discens: tu uero predicens: ex quo teipsum: patremq̄ nouisti.

Mercurii ad Aesculapium Epylogus.

QVoniā filius meus Tatius: te absente: naturā oīum discere uoluit. cūctari uero me noluit. ipse utpote iunior ac nuper accedens: ad cuiusque cognitionē: coactus sū plurima dicere: ut facilis illi foret atq̄ expeditus intuitus: operæprecium esse censui: ut ex multis eligēs potiora sūmatim nunc tibi disputationē præcedentē repetā. Licet enim tecū: utpote rerum naturæ perito: per mysteria quædā percurrere. Quæ sensu percipiuntur: facta sunt oīa: fiuntq̄ quotidie. genita non a seipsis: sed ab altero fiunt. Multa sunt genita. sensu patentia singula: differentiaq̄: nec oīno similia. quæcūq̄ gignuntur: p̄cedūt ab altero. Est ergo quis factor istoꝝ: atq̄ is ingenitus: ut genitis antiquior sit. Genita. n. diximus ab alio fluere. Nihil aūt præter īgenitum: genitis esse potest antiquius. Factor quippe potentior est & unicus: solusq̄ re uera sapiens uniuersa: cum nihil oīno præcedat. Dominatur quoq̄ multitudini: magnitudini: actiōi continuitati: genitorumq̄ omnium differentiæ. Præterea genita uisibilia sunt: inuisibilis ille. ob id uero facit: ut uisibile fiat. semper igitur facit. Dignū est ītelligere: ītelligēdo mirari admirādo se beatū uocar̄: patrē legitimū recognoscētē. Quid. n. dulcius parente legitimo? Quis iste? Quomō eū reperiemus? An illi appellationē dei soli decēs est attribuere? uel factoris: uel patris? An tria pariter cognomēta? deū ergo cognominato. p̄pter potentiam. factorem: p̄pter actū. patrē deniq̄: propter bonū Est enim potestas a genitis admodū differens: actus autē ī productione cūctoꝝ. Quāobrē sermonis uarietate: uanitateq̄ dimissa. duo hæc ī primis meditari oportet. genitorē. s. ac genitū hoꝝ nihil est mediū. nec q̄cq̄ p̄ter hoc aliud. Cum ergo omnia


intelligere uolueris: horũ recordare duorũ: eaque esse uniuersa memento. nihilq̃ tibi erit ambiguũ. nec supernorũ: nec inferno rũ. seu diuinorũ: siue mutabilium: aut patentium: aut eorum q̃ in tenebris delitescunt. Duo nempe cuncta sunt: genitor ac geni tũ. nec secerni alterũ ab altero potest. neq̃. n. factorem absq̃ facto esse possibile est. utrũq̃ illorum idipsum existit: Itaq̃ neu trum disiungi licet ab altero. queadmodũ neutrorũ a seipso diui di. Si. n. ipsum faciens: nihil præter ipsum quod facit est aliud: simplex. n. est: ut semper est: ita semper est agens: idemq̃ sibi ipsi: & in existendo pariter: & in agendo. Nihil autem quod ge nitum: a seipso genitũ est. non ergo seorsum factũ a faciente: q horum unũ subtrahit: perdit & alterum: Vnus qppe natura ꝓ pria naturã semper alterã respicit. Si itaq̃ duo cõcessa sunt: effici ens & effectũ. unita qdem sunt iuicẽ. sic tamen ut unũ præcedat alterũ uero sequatur. præcedens sane deus efficiens: se quens ue ro id quod est effectum. Quicquid id deniq̃ sit: neq̃ diffidat qs piã iis quæ diximus uarietate rerum ꝑterritus: quasi tã diuersorũ cõstructio: uel ardua sit: uel idigna: maiestate diuina. Vnica eni deo gloria: omnium cõstitutio: atq̃ idest. uelut corpus dei effe ctor. Ab ipso profecto factore nihil malum. nihilque turpe. He siquidem passiones sunt. creata sequentes opera: quemadmodũ æs rubigo. animata corpora: limus. At neque faber ferrarius in duxit rubiginem: neque animati corporis genitor: cenum ac sor des. eodemque modo: nec deus etiam malum. Generationis aũt perseueratio. malũ surrepere cogit eaque de causa mutatio nẽ deus rebus instituit: & ceu quandam generationis ipsius pur gationem. Preterea eidem pictori figurare licet cœlum: terrã. mare: deos: homines: bruta: arbores: ac uita carentia. Deo ue ro uni: talium deerit agendorum facultas? O dementẽ: o cæcũ & totius diuinæ cognitionis inexpertem. Nihil est magis o æscu lapi ridiculum: q̃ quod huic accidit. Nam dum se deum uenera ri fatetur: ex eo quod creandi negocio curaque liberet: deum ip sum prorsus ignorat. quodque deterius est mortaliũ illi passiões ascribit: inuidiam: superbiã: ignorantiam: ibecillitatẽ. Nisi. n. fa ciat omnia: aut superbus est: aut potius ibecillis: quorum utrũq̃ nepharium Deus enim unicam propriamq̃ naturam habet idq̃ ipsum bonum est. Bonus autem: nec superbus est: nec impotẽs.

ipsum uero bonum. deus est. Bonũ quippe ipsa uis omnium agẽ dorum. Quodcũq3 genitũ a deo genitum: idest a bono & ab eo: quod omnia põt. Vide quomodo ille quidẽ facit: quomodo etiã illa fiunt. quod si comprehendere uelis. licet magnam ratio nem perpulchram. atq3 simillimã ĩtueri. Aspice precor agrigul torem. semina in terræ gremiũ diffundentẽ. hic triticum: ordeũ alibi: alibiiuero reliqui generis semina. Aspice eundem uites ma losq3: & ficus repastinantẽ: atq3 ãputantẽ: eodẽq3 mõ deus ipse ĩ cœlũ quidẽ serit ĩmortalitatẽ: in terra uero mutationẽ: sin totũ d niq3 mundum uitã: atq3 motũ. Hæc autẽ haud multa sunt: sed pauca. certoq3 numero determinata. Cuncta enĩ quattuor sunt ac deus & generatio: quibus omnia compræhenduntur.

FINIS EST OPERIS ELEGANTISSIMI MERCVRII TRISMEGISTI.


Mercurii Trismegisti per Marsilium Ticinum Florẽtinũ e græco ĩ Latinum Traducti Finis

Venetiis Impressum per Maximum de butricis Papiensem M.CCCCLXXXXI. die. xxix. Iulii.






colorchecker CLASSIC


















x·rite

mm